72
6-

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
19 I
3

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

GREGOR. HORSTI, D. & Medici Profeſſoris

Diſputationum Medicarum [illegible]

Continentes

VNIVERSÆ MEDICINÆ DELINEATIONEM LOCIS HIPPOCRATICIS & Galenicis utplurimum illuſtratam,

Ante paucos annos in Academia VVitebergenſi Studioſæ juventuti propoſitæ, jam verò recognitæ & auctæ.

Ex legato [illegible]

ACCESSERVNT CELEBERRIMI Medici JACOBI HORSTI, p. m. Profeſſoris in Academia JULIA primarij diſputationes theoreticæ & practicæ.

VVITEBERGÆ

Excudebat Ioann. Schmidt, Sumptibus Clementis Bergeri, Anno 1609.

Præfatio

AD LECTOREM BENEVOLVM.

VERISSIMVM eſt dictum Platonicum, non artem, ſed ejus umbram tantùm eos obtinere, qui ſine Methodo diſciplinam quandam comparari poſſe credunt: quod audacter Galenus quoque ſtatuit, ubi lib. 9. Meth. Med. affirmat, nullum alicuius artis ſcientiam nanciſci poſſe, niſi methodum quandam per univerſalia theoremata teneat, & poſtea in particularibus exemplis ſeſe exerceat. Hoc ut in aliis diſciplinis omnibus, ita maximè in Medicina requiritur, tam propter artis ipſius difficultatem, quàm ob ſubjecti, circa quod occupatur, nimirum humani corporis præſtantiam ac nobilitatem. Cum enim ars longa, vita brevis, occaſio præceps, experientia periculoſa, & judicium difficile ſit, juxta Hippocratem: id

circo ſummis viribus eò allaborandum, ut difficultatem beneficio methodi, quoad fieri poteſt, ſuperemus, ne per mortes aliorum, quod dicitur, aliquid addiſcamus. Et quamvis accommodatè dictum ſit illud, quo prudenter Solon Græcorum ſapientiſsimus reſpondiſſe fertur: γηράσκω δ᾽ αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος hoc eſt, ſeneſco plurima diſcendo; præſertim cùm veri inquiſitione nunquam animus fatigetur, ita ut quo plura cogitando mentis acie ſimus adepti, eò plura adipiſci & conſequi ſtudeamus, adeoque verum ſit illud, quòd animus noſter ocio & ignaviâ frangatur, opere vero & exercitatione paſcatur & perficiatur: non tamen negandū quin prima diſciplinarum fundamenta ſemel methodicè cognita per totum vitæ curriculum poſtea cuilibet artifici ſufficiant; non quidem ea ratione, quaſi nihil ulterius addiſcendum, ſed quod omnia reliqua huc referenda, adeoque cuncta methodi beneficio ad primam univerſalem artis delineationem reducenda veniant. Hoc anſam nobis præbuit, ut in gratiam ſtudioſæ juventutis, totius Medicinæ generalem adumbrationem breviſsimè proponeremus, & philiatris candidè communicaremus;

non ut aliquis in eadem acquieſceret, ſed ut cognito Medicinæ ſyſtemate quilibet intelligeret, quid in quacunq; Medicinæ parte quærendum, ad quem locum quælibet dicta Medica referenda, & quomodo cum principiis Galenicis & Hippocraticis Inſtitutionum aſſertiones conjungendæ ſint. Non autem aliquis brevitatem noſtram accuſabit, ubi intellexerit, in præſenti non Inſtitutionum Medicarum commentarium, ſed ſolum theſes Diſputandi gratia, eo modo, quo decet ac par eſt, nos conſcribere voluiſſe: quibus vero brevitas noſtra cauſam & originem obſcuritati præbere videtur, illos ad ipſos fontes Hippocratis & Galeni remittimus, quam ob cauſam plerumque theſibus difficilioribus loca citata ex principibus ſubjecta conſpiciuntur: non quidem hanc ob cauſam, quaſi reliquos Medicinæ commentarios penitus negligendos, adeoque ſolius Hippocratis & Galeni lectionem tantum porrexcudam eſſe ſtatuamus; ſed propterea quod prima Medicinæ fundamenta in his quærenda, ad quæ poſtea reliqua aliorum tam veterū Arabū & recentiorū placita tanquam ad lapidem Lydiū revocanda ac dijudicanda ſint. Etſi vero hæ noſtræ

lucubrationes extemporaneæ non eo fine conſcriptæ fuerunt,ut omnino publici juris fierēt, utpote cum diſputandi gratia tantùm quibusdam artis Medicæ mancipiis, amicis noſtris elaborarentur: quia tamen præter ſpem noſtrā exemplaria prioris editionis juventuti Aſclepiadeæ grata fuerunt eo elaborare voluimus, ut eaſdem Diſputationes correctiores in forma magis accommodata typis de novo ſubjiceremus. Addidimus autem patrui ac præceptoris noſtri p. m. viri celeberrimi Jacobi Horſtij, Profeſſoris primarij in Academia Iulia, & Ducum Brunſuicenſium ac Lunæburgenſium Archiatri, Diſputationes phyſiologicas & pathologicas, unà cum alijs de morbis in ſpecie, propterea quod non dubiteremus eundem lectionem philiatris quàm gratiſſimam futuram. Hiſce lector benevolus valeat, & favore ſuo conatus noſtros ad altiora tentanda extimulet. Dabam Gieſſæ prid. cal. Martij anno 1609.

Gregor. Horſtius D. & Medicus Profeſſor in Acad. Gieſſenâ.

Ad autorem

GREGOR. HORSTIVM PHILOS. ET Medicum.

EST homo certè homini DEVS inquit TVLLIVS; alter
Alterius cauſâ lumina lucis init.
Hoc benè perpendens HORSTI, prodeſſe cuivis
Niteris ingenio, niteris & ſtudio.
Mox etenim docto retegis problemate, quæ ſit
Vis animæ, & quantis nobilitata bonis.
Mox hominis quæ ſit ſtructura exponis, & ipſa
Quàm ſint mirificis condita membra modis.
Mox admirandum caſum explicuiſſe laboras,
Monſtras, poſt mortem ſanguinis unde fluor.

Mox & Scorbuti tractatum conficis ecce.
Mox quacunque potes parte vel arte juvas.
Ergo jam patrui defuncti munere vitæ
Sub lucem è tenebris ſcripta relicta trahis,
Hisq; tui adjungis medicum ſyſtema laboris,
Scilicet ingenij nobilioris opus.
O factum egregium, quis te non laude perenni
Evehat, Aonij DVX generoſe chori?
Quis non ardentibus votis exoptet, ut omni
Floreat HORSTIADVM fama decusq; die?

Præceptori ſuo meritiſſ.
ſcribebat

M. VVolfgangus Schallerus,
Freibergenſis φιλίατρος.

Disputationum Medicarum
Prima.

DE MEDICI-NA IN GENERE.

Respondente
ALBERTO BVLICHIO
Marchico.

THESIS I.

INter plurimas infinitasq; nostræ cognitioni disciplinas maxime præ reliquis Medicina laudatur, unde jure quodam artium omnium præstantiſsima dicitur. Hippocrat. in leg. Medicina ars præstantiſsima.

2. *Illius generalem conſtitutionem ſubſequentibus ſpecialibus Medicis exercitationibus hac vice præmittendam eſſe putamus, ut enim ab imperfectione ad perfectionem natura non niſi per medium procedit, ita etiam intellectus noſter ab ignorantia ad diſtinctam cognitionem tandem mediante cognitione confuſa.* Confuſa cognitio præcedit diſtinctam.

1. [illegible] definitio ſit illud [illegible] quo rei eſſentia declaratur: ideo conſequens eſt, ut Medicinæ definitionem inquiramus, [illegible] ſtituta atque inventa colligamus, quid ex ſola arte Medica nobis expectandum.

2. Quamvis autem multiplices Medicinæ definitiones circumferantur, nihilominus tamen [illegible] ab ipſis ordiri fundamentis, ideoq; talem definitionem Medicinæ conſtituere conabimur, quæ ipſius naturæ reſpondeat: ut enim res ſunt, ita quoque definiuntur, ut habet Philoſophus.

3. Sed cum ad conſtituendam definitionem [illegible] eſſentiæ conceptus requirantur, quorum primus innuit, cum quibus definitum conveniat, nimirum genus; alter rem ipſam ab aliis omnibus diſtinguit, unde differentia ſpecifica dicitur: ideo conſequens eſſe videtur, ut primo Genus Medicinæ ex ſerie prædicamentorum expiſcemur.

4. Non autem ſubſtantiam: ſed accidens Medicinam eſſe inde patet, quia Medicina [illegible] velut ſubſtantia, ſed eſt in alio ut [illegible], quod accidentibus convenit.

5. [illegible] accidens, [illegible], quia Medicina ſoli [illegible], [illegible] corporis attribu[illegible] [illegible] corpore[illegible]

[illegible] communis eſſet, ideo relinquitur eandē eſſe in animo.

8. Cum verò, teſte Philoſopho, tria tantum ſint in animo, potentiæ, quæ naturaliter inſunt, affectus, qui repentinò accidunt, & habitus, qui ſtudio & labore acquiruntur: [illegible], Medicinam eſſe habitum, quia priora duo eidem attribui nequeunt.

9. Sunt autem quinq; habitus animi, qui ſunt cauſæ acquirendæ [illegible], inter quos nullus Medicinæ attribui poteſt, quàm Ars, quæ ab Ariſtotele dicitur habitus animi effectivus cum vera ratione.

10. Hoc probatur, quia conditiones artis propriè dictæ Medicinæ quoque attribui poſſunt, propterea quod opus externum cum vera ratione producat. Medicina eſt ars.

11. Unde non tantum in lata artis ſignificatione, quatenus hæc vox à Galeno ſæpius uſurpatur cum Stoicis, ſed etiam propriè loquendo Medicinam artem dicere poſſumus.

12. Nec obſtat, quod etiam à claſſicis autoribus Medicina ſæpius ſcientia dicatur, ut patet ex Galeno in art. & Avic. lib. 1. f. 1. c. 1. [illegible]. Diſtinguendum enim inter ſcientiam propriè dictam, & inter ſcientiam in lata ſignificatione, ubi non prius, ſed poſterius [illegible] ab ipſis autoribus [illegible]. Quomodo Medicina ſit ſcientia.

13. [illegible] artem propriè ſic dictam, quæ à

Galeno

Galenus ait, [illegible] ſcientiæ non ſunt in eadem perfectione, ut [illegible] cum quædam ſibi [illegible] addiſcantur, aliæ contra multa[illegible] cognitionem requirant, ut inquit Averroes: idcirco ad has tanquam præſtantiores merito Medicinam quoq; referimus.

14. Ita de genere Medicinæ certi ſumus; jam ſequitur differentia ſpecifica, quam ex ſubjecto & fine inveſtigabimus.

15. Per ſubiecti vocabulum intelligitur hoc loco ſubjectum conſiderationis tale, quod artibus ſubjiciatur, ſcilicet ſubiectum operationis, in quo artifex opus ſuum producere poteſt.

Medicinæ ſubiectum.

16. Tale ſubjectum Medicinæ eſt corpus humanum, quatenus in eodem ſanitas præſens conſervari & abſens reſtitui poteſt, [illegible] quatenus ſanabile.

17. [illegible] duo notanda veniunt, nimirum res conſiderata, videlicet corpus humanum, & modus conſiderandi, qui per [illegible] reliqua additur.

18. Patet igitur Medicinam conſiderare corpus humanum, non eadem ratione cum ſcientia naturali, vel alia quadam diſciplina, in qua corporis humani conſideratio quædam inſtitui poteſt. Sed eo modo ſolum, quo dictum eſt, ſcilicet quatenus ſanabile.

19. Cum autem ſubjectum Medicinæ ſit corpus humanum, quatenus a morbis defenditur

tas liberatur, manifeſtum eſt ultimum Medicinæ finem eſſe ſanitatem, cujus gratia reliqua omnia fiant. Galenus lib. de opt. ſect. & alibi.

20. *Hinc talis conſtitui poteſt definitio:* Medicina eſt ars (*effectiva*) ſanitatem in corpore humano conſervans, & morbum ſanabilem depellens.

Medicinæ definitio perfecta.

21. *Dico eſt* ars, *ſcilicet in propria ſignificatione, quatenus eſt habitus effectivus cum vera ratione, ut habet* Ariſt. lib. 6. Eth. c. 4. *quam ob cauſam manifeſtum eſt, quod Medicina* EXPERIENTIA *&* RATIONE *conſtet, quia hoc artium nobiliorum natura maxime requirit.*

22. *Hinc illud confirmatur, quod in omnibus* [illegible] *eſt*, nimirum RATIONEM & EXPERIENTIAM eſſe duo Medicinæ fulcra, *quod conjunctim intelligendum eſt.*

Duo Medicinæ fundamenta.

23. *Cum enim Medicus non adſequatur finẽ ſuum in ſanitate defendenda vel reſtituenda, niſi tam ſubjecti, quam materiæ medicæ cognitionem ſufficientem habeat, ideo neceſſarium eſt, ut rationis adhibeamus judicium, ſine quo nihil hac in parte præſtabimus.*

Cur Rationis & Experientiæ opus ſit?

24. *Sufficeret hic rationis diſcurſus, quo materia medica cum tali vel tali ſubjecto ægrotante comparata ſalutaris vel inconveniens judicatur, ſi omnium rerum intelligibilium*

Cur experientia opus ſit, [illegible] requiratur.

ſeries

ſpecies nobis à naturâ innatæ eſſent, ita, ut noſtra ſcientia nihil aliud, quàm reminiſcentia cum Platone in Phæd. in Menon. & 10. de republ. ipſiusq; ſectatoribus dici poſſit.

25. Verùmtamen cum intellectus noſter in ſua operatione à ſenſibus incipiat ſecundum Ariſt. lib. 3. de anim. tex. 39: Ideo plurima ſæpius circa ſingularia potiſſimum, quoad vires abditas, nos maximè fugiunt, niſi à poſteriori cognoſcantur, unde cum ratione EXPERIENTIA neceſſario conjungenda venit.

26 Imò non ſatis eſt ut cognoſcamus rem abſolute, tam quoad corpus humanum in ſtatu ſecundum & præter naturam conſtitutum, quàm quo ad materiam Medicam, per quam finem noſtrum operando conſequimur, ſed opus eſt ut utriusq; fiat comparatio, quâ pateat, quid huic vel illi conſtitutioni ſalutare vel inconveniens, quod absq; Experientia vel noſtrum vel aliorum periculoſum eſt determinare.

Officium Medicinæ.

27. Dicitur ulterius in definitione, ſanitatem conſervans & morbum depellens, quia medicus præſentem & abſentem ſanitatem reducit, illam tuetur, hanc vero reſtituit.

Non eſt in [illegible]

28. Addo morbum ſanabilem, quia affectibus iis, qui inſanabiles judicantur, Medicus manum admovere non debet, eo fine ut

curet,

latet, ſicut [illegible] Hippocrates lib. de arte: ubi enim naturam à morbo victam eſſe Medicus [illegible] colligit, æger prognoſtice relinquendus eſt, ut idem Hippocrates [illegible] ait: nam in quibus omnino ſalus deſperata, conſilii imprudentis eſt, reprehenſioni aliorum ſubjicere remedia, quæ nullius ſaluti fuerunt. Galen. lib. 1. Meth. Med. cap. 9.

29. Ita patet eſſentia Medicinæ per definitionem declarata, jam ſequitur ejuſdem partitio, quæ primariò ex fine colligitur.

30. Cum verò Medicinæ præcipuus finis ſit ſanitas, quæ non tantum præſens conſervanda, ſed etiam abſens reſtituenda eſt, hinc duæ Medicinæ partes primariæ conſtituuntur ὑγιεινὴ & θεραπευτικὴ, quarum illa monſtrat, quomodo præſens ſanitas tuenda, hæc verò docet quomodo abſens eadem reſtituenda, corpusq; noſtrum à morbis [illegible] liberandum ſit, Galenus lib. 1. de ſanit. tuen. cap. 1. Medicinæ diviſio.

31. Ut autem omnis artifex ſine cognitione ſubjecti ſui infelix eſt, ſic etiam Medicus ſubjectum ſuum, nimirum corpus humanum conſiderare debet, ita ut non tantum ejus cognitionem ſecundum naturam & præter naturam habeat, ſed etiam intelligat, quibus [illegible] omnia [illegible] ſint.

32. [illegible] Medicinæ partes [illegible]

... παθολογικὴ, σημειωτικὴ, ... θεραπευτικὴ. Galen. in lib. introd. cap. 7.

Phyſiologia. 33. φυσιολογικὴ Prima Medicinæ pars *perpendit ſtatum corporis humani ſecundum naturam, ideoq́ à primis mixtionis principiis elementis videlicet, indeq́ reſultantibus temperamentorum varietatibus incipit, deinde naturam partium humani corporis conſiderat tam quo ad principia, quibus proximè generantur, tanquam viventes conſtituuntur, & propter perpetuas alterationes conſervantur, quàm reſpectu eſſentiæ propriæ ſimilarium ac diſſimilarium, quam uſus diverſus diverſarum actionum ſubſequitur, ex quo poſtea totius ſanitas, ejusdemquè differentiæ deducuntur.*

Pathologica. 34. παθολογικὴ altera Medicinæ pars *ſtatum ſubjecti Medici præter naturam conſiderat, ideoq́ in rebus præter naturam tractandis verſatur, ut ſunt morbus cum ſuis differentiis morbi cauſa externa, interna, antecedens, conjuncta, continens &c. & ſymptoma, quod comprehendit actiones læſas animales, vitales, naturales, partium affectus & ... ſecundum* Galenum lib. de diff. ſympt. cap. 2.

Semiotica. 35. σημειωτικὴ tertia Medicinæ pars *... continet, quâ non ſolum de præſenti, præterita ... corporis conſtitutione*

iudicamus, ſed etiam comparatione morbi ac naturæ ſingulis eventum talem vel talem prædicimus.

ὑγιεινή.

36. ὑγιεινὴ quarta Medicinæ pars ea proponit, quæ ad ſanitatem tuendam faciunt, ſive eadem conſummata ſit, ſive deflectens.

θεραπευτική.

37. Tandem θεραπευτικὴ quinta Medicinæ pars monſtrat quomodo morbus depellatur, & corpus humanum ſanitati reſtituatur.

38. Hæ duæ poſteriores partes reſpectu cognitionis, primatum obtinent, ubi cum fine comparantur, quo modo rectè primariæ dictæ ſunt: ab alijs eandem ob cauſam practicæ vocantur, propterea quod magis ad operationem Medicam accedant, quàm tres priores, quæ harum gratia à nobis expetuntur.

Inſtrumenta operis Medicæ.

39. Perficitur autem operatio Medica tam in tuenda ſanitate, quam in morbis curandis triplici miniſterio, ſcilicet vel commoda ſex non naturalium rerum ordinatione, vel convenienti pharmacorũ adhibitione, vel docta manus adminiſtratione, unde ſubordinantur his duabus partibus poſtremis διαιτητική, φαρμακευτικὴ & χειρουργική.

Diæta.

40. διαιτητικὴ verſatur in declaratione ſex rerum non naturalium, ut ſunt aer, cibus & potus, motus & quies, ſomnus, vigilia, redundantia & inanitio, ac tandem animi pathemata.

Pharmacia

41. φαρμακευτικὴ occupata eſt in delibratione medicamentorum ſimplicium, compoſitorum, alterantium, purgantium, &c quorum naturam atque uſum cognitio cum operatione medicandi eſſe conjungere debet, niſi per mortem aliorum aliquid addiſcere velimus.

Chirurgia

42. Denique χειρουργικὴ manus medicorum informat, quo neceſſitate urgente applicando, ſecando, urendo aliisq́; hujus generis operibus juſta adminiſtratione interdum laborantibus ægris ſuccurrere poſſint.

Sectæ Medicorum Empirici.

43. Hæc eſt veræ Medicinæ conſtitutio, quam ob cauſam vehementer lapſi ſunt olim Empirici & Methodici, quorum illi poſthabita omni indicatione, & reſpectu cauſarum, facultatumq́ corporis naturalis atq; morboſi cognitione, ſola obſervatione remediorum contenti fuerunt: hi vero ſolis evidentibus communitatibus utebantur, omni experientia, loci affecti cum cauſarum & facultatum cognitione contempta, quamobrem tantam ſtudij Medici facilitatem pollicebantur, ut etiam ſex menſium ſpatio illud ipſum addiſci poſſe ſtatuerent Gal. de ſectis ad eos qui introd item lib. de opt. ſect. ad Thraſybulum.

Methodici.

[illegible]

44. [illegible] ſectas una pſeudo-Hermetica repræſentat, a Theophraſto Paracelſo ducens originem, qui veterum Medicorum placita contemptis nova principia ſibi c-

[illegible], & [illegible] ſolam à vera Alchy-
miſtica, *quam olim* Avicenna, Rhaſes,
Villanovanus *& alii profeſſi ſunt*, *& non*
rationem Medicinæ communem, diverſam
conſtituit.

26. Verum cum rationem ſolam, quatenus cum
empyricis convenit, intempeſtiva experientia
[illegible] methodum [illegible]-
tem habet, [illegible] ratiocinationis diſ-
curſu [illegible], ideo tandem [illegible]
veteribus, & in vetere Medicinæ ſyſtemate con-
ſtituto acquieſcimus.

PROBLEMATA.

I. *An* Medicinâ dignior Philoſophia?

II. *An* Jurisprudentiæ Medicina præferenda?

III. *An* præter ὑγιεινὴν καὶ θεραπευτικὴν detur adhuc alia Medicinæ pars pro curando ſtatu neutrali?

IV. *An* Medicus culpandus, ubi finem ſanitatem ſcilicet non aſſequitur?

Diſputationum Medicarum
Secunda.

DE ELEMENTIS AC Temperamentis.

Reſpondente
CASPARO BVRGERO,
Torgenſi.

THESIS I.

Veriſſimum eſt illud, quod dicit Galenus lib.1.Meth.med.cap.2. minimè licere alicui commodè curare morbos, niſi prius naturam corporis univerſi perſpexerit, ut apud omnes ſapientes in confeſſo eſt.

Cur à cognitione corporis fi... Medici...

2. Quam ob cauſam lege Methodi meritò Medicinam ab ea parte incipimus, quæ conſtitutionem corporis naturalem proponit, adeoq; finem ſcilicet ſanitatem ipſam nobis monſtrat ut ita fine cognito ſciamus cujus gratia Medicationes circa corpus humanum ſuſcipiendæ ſint.

Qualis me... ...

3. Etſi vero tota Medicina ad ingenium aliarum artium nullum alium ordinem, quam reſolutivum ſibi vendicare poteſt, quicquid etiam laborent hic plurimi, qui compoſitivum

quoq; methodum hanc diſciplinæ attribuere conantur: nihilominus tamen non negamus, quod quædam ejus partes, & præſertim phyſiologia, potiorem ordine traditionis vendicant.

4. Expeditâ ſuperiore in conſideratione ſubjecti Medicinæ, corporis videlicet humani primum locum elementa cum temperamentis ſibi vendicant, de quibus hic [illegible] breviter agendum.

Elementa primũ locũ ſibi vendicant.

5. Eſt autem duplex Elementorum conſideratio, abſoluta & reſpectiva, quarum illa mere phyſica eſt & præſentis σκέψεως limites tranſcendit: hæc autem quodammodo eſt hujus loci, quatenus ſcilicet elementa ſint principia omnium mixtorum, & per conſequens etiam partium humani corporis.

Elementorum conſideratio duplex.

6. Hoc modo elementum pars minima non ſenſu ſed rationis judicio dicitur illius, cujus eſt elementum, ſecundum Galen. lib. 1. de elem. c. 1. ita ut ſit corpus ſimplex, ex quo mixta primò conſtituuntur Fern. l. 2. Phyſiol. c. 1.

Elementũ quid.

7. Quæ vero ſint ejuſmodi Elementa, maxime dubitatum fuit ſeculis prioribus, cum quibusdam etiam unicum tantum ſtatuere placuerit, aliis infinita fuerint, quod utrumq; tamen abſurditate non caret.

8. Nam [illegible] mutua actio & paſſio [illegible] principia ſtatuuntur, [illegible] pereat, adde quod paſſio [illegible]

Elem. [illegible] non [illegible]

[illegible]

uno elemento omnis doloris & paſſionis cauſa tolleretur. imo & [illegible] neceſſe, quæ omnia a vero ſunt aliena. [illegible] lib. de nat. hum. tex. 5, Gal. in comm. in eundem. Et lib. 1 de elem. cap. 2.

Elementa non infinita numero.

9. *[illegible] elementorum numerum [illegible] corpora mixta finita ex elementis conſtantia reſultant. Adde quòd [illegible] daretur ſcientia, quia hæc de finitis tantum rebus inſtituitur.*

Elementa quot.

10. *Relinquitur ergo, prima corporis noſtri elementa numero finita eſſe, eaq́; potiſſimum quatuor, videlicet* Ignem, Aerem, Aquam & Terram.

Cur tantū quatuor Elementa.

11. *Hic numerus ex quatuor qualitatibus ad agendum & patiendum primò datis in humano corpore colligitur, ex* caliditate *videlicet* frigiditate, humiditate & ſiccitate, *per quas ipſa elementa aptitudinem eam habent, ut mutari mutuò [illegible] poſſint, unde in hoc reſpectu non incommode formalia principia elementorum vocantur.*

Elementorum qualitates.

12. *Pro harum qualitatum combinatione quodlibet elementorum ſuas proprietates obtinet, ita ut ignis ſit* calidus & ſiccus; aer humidus & calidus; aqua frigida & humida, & terra ſicca & frigida. Ariſt. lib. 2. de ort. [illegible] 3 t. 16.

Quid ſit mixtio.

13. *[illegible] qualitatibus inſignita elementa [illegible] in mixtione pro mixti corporis ge-*

[illegible], quam & [illegible] ſecundum Philoſophum lib. 1. de gener. tex. 90. miſtio miſcibilium alteratorum unio vocatur.

14. [illegible] elementa ſecundum formam & qualitates in mixtione, propter [illegible] [illegible] [illegible].

Forma & elementorum manent in mixto.

15. Poſt autem formam proximam, [illegible] ad quam mixtum tendit, eſt Temperamentum, qualitas illa, quæ ex elementaribus quatuor contemperatis oritur.

Quid temperamentum.

16. Eſt autem duplex temperamentum in genere, videlicet Temperatum & Intemperatum. Temperatum aliud ad pondus, quod [illegible] elementorum [illegible] partione [illegible], unde æquale ad pondus dicitur; aliud κατὰ τὴν [illegible] quod illi [illegible] mediocriter, quæ [illegible] mixto [illegible] eſt, optime convenit; idem temperatum ad juſtitiam vocari ſolet, Gal. lib. 2 de temp. cap. 1. Fern. lib. 3. Phyſ. cap. 4.

Duplex temperamentum.

17. Intemperata temperamenta pro exceſſu unius vel plurium qualitatum [illegible] ſunt vel ſimplicia, ut calidum, frigidum, humidum & ſiccum, vel compoſita, ut calidum humidum, calidum ſiccum, frigidum humidum, & frigidum ſiccum, Gal. lib. 1. de temp. cap. 8.

Temperamentum propriè eſt ſimilarium.

18. Cum verò mixtio primario de mixto ſimilari dicatur, ideo ſequitur temperamentum quoq; tanquam conſequens mixtionis propriè ſequendo partium ſimilarium tantum convenire, utpote quarum omnes particulæ cum toto miſtionem atq; temperiem eandem obtinent.

Differentia temperamenti rerum animatarũ & inanimatarum.

19. Eſt autem diverſitas in temperie rerum animatarum atq; inanimatarum, utpote cum hæ ſolo calore mixtionis conſiſtent: illæ verò ſimul in temperamentorum ſuorum conſtitutione calidum nativum, vi facultatis formatricis per generationem ex ſemine proditum, neceſſariò requirant, ejuſdemq; conſervationem per humorum & ſpiritus influentes indigeant.

20. Porro igitur totum noſtrum corpus ex multis ſimilaribus partibus compoſitum eſt, ita illud ipſum quoq; plura temperamenta in ſe continet, quæ tamen omnia proportione collata temperiem unam totius conſtituunt. Vide Gal. lib. 1. de opt. conſt. cap. 2.

Temperamentũ nativum & adſcititiũ.

21. Diſtinguendum tamen inter temperamentum nativum totius, & adſcititium: illud in prima conformatione ex ſemine & ſanguine materno progeneratur: hoc verò per mutationem & alterationem ab externis cauſis & accidentibus oritur, Galen. lib. 1. de tuenda ſan. cap. 5.

22. Cæterum cum temperamentum ſit primarium inſtrumentum operationum ipſarum partium: ideo ſpecialiter diverſitatem comple-

ſionum in humano corpore conſiderabimus, tum abſolute quoad nativum temperamentum partium & totius, tum reſpectiuè temperamenti aliorum in comparatione ad ætates, anni tempora & regionum diverſitatem.

23. Reſpectu partium in corpore humano temperamentum temperatum attribuitur cuti, potiſſimumq; ei quæ in vola manus, quamvis enim in comparatione ad res mortuas & inanimatas hæc etiam caliditate & humiditate excedat, nihilominus in reſpectu partium viventium corporis humani medium obtinet. Gal. lib. 1. de temp. cap. 9.

Cutis temperata pars in corpore humano.

24. Caliditate autem excedunt venarum atq; arteriarum tunicæ, teſtes, renes, lien, caro muſculorum, jecur, pulmo & ipſa caloris officina, cor videlicet.

Partes calidæ.

25. Quoad frigiditatem à cutis temperie abeunt cerebrum & medulla ſpinalis, fibræ, membranæ, tendines, ligamenta, cartilago, & tandem ipſa oſſa.

Partes frigidæ.

26. Excedentem humiditatem obtinent pulmo, jecur, lien, teſtes, mammæ, cerebrum cum medulla ſpinali, & caro ipſa; quæ partes, quo molliores ſunt, eò quoq; eadem humidiores ſtatuuntur.

Partes humidæ.

27. Tandem ſiccitate cutem ſuperant, os, cartilago, [illegible], tendo, vas omnis generis & cor ipſum.

Partes ſiccæ.

28. Hæc eſt temperies partium propriè di-

ſtrorum in humano corpore cum quibus etiam [illegible] rurſus, nominum humo-rum & ſpirituum diverſis [illegible] [illegible].

29. [illegible] tamen [illegible] [illegible] conſideratis, totius corpo-ris temperamentum æſtimatur & determina-tur.

Homo temperatus.

30. Sic illum hominem temperamento tem-perato præditum eſſe judicamus, qui omnium partium aptam & juſtam obtinet conſtitutio-nem, præcipuè verò jecoris, cordis & cerebri, ita ut quoad habitum corporis inter craſſum & gracilem, mollem atque durum, hirſutum denique & glabrum appareat medius, omnesque actiones tam naturales quam vitales & ani-males maximè temperatas, optimamque conſtitu-tam habeat. Vid. Gal. lib. artis par. cap. 5 & 6. lib. 3. de ſimp. med. facult. cap. 13.

Conſtitutio calida.

31. Ab hac mediocritate nimia caliditate re-cedunt corpora eorum, quibus latæ venæ cum arteriis propter cordis jecorisque caliditatem ex-cedentem, [illegible] [illegible]

Calida humida.

[illegible]

Calida ſicca.

[illegible]

[illegible]

[illegible] & triſtes [illegible] animi [illegible] ingenio & [illegible], atq; ad [illegible] pro [illegible] [illegible].

52. Frigiditate verò [illegible] illi, quorum [illegible] ſunt & [illegible], [illegible] [illegible] [illegible]. Quod ſi [illegible] frigiditati **Constitutio frigida.**
cum humiditate, corpus pingue redditur, [illegible] **Frigida humida.**
[illegible] ſunt, [illegible] maxime [illegible], ſomnus multus & animus ignavus maximeq; ſegnis deprehenditur. Contra verò ſiccitas cum frigiditate coniuncta corpus reddit durius, magis gracile, animum conſtantem ſed timidum. **Frigida ſicca.**

53. Ita totius temperies ex collatione [illegible] pro [illegible] corporis noſtri colligitur, & calidum frigidum, humidum vel ſiccum, aut ſimpliciter, aut coniunctim dicitur.

54. [illegible] autem [illegible] temperamentum non ex una ſolum parte, [illegible] ſolum ſigno [illegible], ſed ex omnibus [illegible] ad [illegible] **Inæqualitas temperamentorum.**
[illegible] concurrunt, [illegible], [illegible] quod non ſemper totius [illegible] [illegible]

[illegible]

partiumq; in hoc vel illo corpore naturaliter ſibi cognaſcuntur.

35. Etſi verò temperies nativa uno modo ſeſe habere poſſit, reticendum tamen non eſt, quòd eadem pluribus modis variari queat, idq; primùm ætatum diverſitas ſeſe offert, in qua maximè temperamentorum tranſmutatio [illegible].

Aetatum variatio.

36. Eſt enim ætas vitæ ſpatium, in quo alteratione calidi in ſuum humidum in corpore conſtitutio ſponte ſtabili decreti [illegible] Gal. lib. 2. de temp. cap. 2.

37. Hæc autem calidi in humidum noſtri corporis ſtatim à prima generatione incipit, & in extremum uſq; ſeneƈtutem tendit, unde diverſæ ſtatuuntur ætates, quarum cum Galeno quinq; numeramus lib. 8. de placitis Hipp. & Platonis.

Pueritia.

38. Prima ætas eſt pueritia, in qua corpora noſtra caliditate & humiditate abundè exceduntur, & diſtinguitur in tempus ante dentitionem, ipſius dentitionis, quod dentitionem ſequitur, & tandem quod pubertati vicinum eſt, definiturq; communiter 14. annis, interdum pluribus, interdum paucioribus. Vid. Hipp. lib. 3. aphor. 18. 24. & ſeq.

Adoleſcentia.

39. Altera ætas eſt adoleſcentia, temperata magis, pubertatem ad 18. annum circiter, & adoleſcentiam propriè ſic dictam ad 25. annum includens. Gal. in comm. lib. 3. aph. 27. & lib. 5. Epidem. in comm.

40. Tertia ſequitur ætas florens vel juventus ab anno 25. ad 35. circiter, in qua tempora noſtra calida & ſicca, [illegible] humidum [illegible] aſſumptum [illegible] ſit. Gal. lib. 2. Aph. comm. 30. — Iuventus

41. Quarta [illegible] virilis ſeu conſiſtens à 35. ad 45. vel 50. annum ſe extendens, in qua ſtatus caliditatis [illegible] adhuc [illegible] perficiuntur. — Ætas virilis.

42. Tandem ſequitur ſenectus frigida & ſicca, quæ viridis vocatur à 50. ad 60. annum, in qua muneribus obeundis ſenes plerumque adhuc præeſſe poſſunt: media dicitur à 60. ad 70. annum, quæ cum majore imbecillitate [illegible] exequitur: denique ultima & decrepita vitam frigiditate & ſiccitate [illegible] claudit. Gal. 5. de ſanit. tuend. cap. 12. — Senectus.

43. Præter ætates ad mutationem temperamentorum plurimum quoque tempora anni cum regionum, locorumque varietatibus inſerviunt: cum enim corpora noſtra ſingulis momentis externo aere indigeant, eoque [illegible] ſimum haſce duas ob cauſas variæ alterationes accidant, ideo merito de [illegible] tempere tractatur. Hipp. lib. 2. de Aere. aq. & loc. cap. 1. — Tempora anni.

44. Prout igitur quatuor anni tempora [illegible] collatione [illegible] ſed per ſe conſiderantur, [illegible] dicitur [illegible] calida & ſicca, [illegible] frigida & humida, & tandem

Autumnum plurimum inæqualis quoad calidi-tatem & frigiditatem, & reſpectu quantitatis pluviarum maxima ex parte ſiccior eſt. Gal. lib. 1. de temp cap 4.

Locorum & regionū diverſitas.

45. *Et quemadmodum anni tempora, ſic etiam locorum regionumq; diverſitas ex natura climatum poſitus cœli aliarumq; circumſtantiarum conſtitutione externum aerem diverſimode alterant, & ad mutationem temperamentorum inſerviunt.* Hipp. de aere. aquis & locis.

Quænam poteſtate calida, frigidave fiet

46. *Ut autem dictis ob cauſis aer actu calidus temporibus & regionibus diverſis in corpus noſtrum agit, ita alia quædam poteſtate talia reperiuntur, ut ſint medicamenta, quæ corpus noſtrum diverſo modo afficiunt, & alimenta, quæ in ſubſtantiam noſtri corporis convertuntur, quorum qualitates operationes ſuas non exerunt, niſi primum à calore noſtro nativo ad actum traducantur,* Gal. lib. 3. de temp

47. *Cum ergo tot modis temperamentum alterari poſsit in corpore humano, ideo cauté ſemper ſeruandum eſt, ne adſcititium pro nativo habeamus, & ab externis accidentibus decipiamur.*

PROBLEMATA

1. *An* Medicus recté ab elementis incipiat, cum tamen homini ut homini non conveniant?

II. An qualitates ſint elementorum formæ?
III. An mixtio ſit unio vel motus ad unionem?
IV. *An* temperamentum temperatum ad pondus detur in rebus?
V. An primæ qualitates ſummæ vel refractæ maneant in reliquis temperamentis?
VI. An juvene puer calidior?
VII. *An* ver calidum humidumque abſolute ſtatui poteſt?

Diſputationum Medicarum
Tertia.

DE PARTIBVS HVmani corporis, earumq; actionibus.

Reſpondente
FRIDERICO ECKARDO, Sileſio.

THESIS I.

POST *prima corporis noſtri* elementa cum temperamentorum varietatibus *declarata, conſequens eſt lege Methodi, ut accedamus ad ipſas proprie dictas partes, earumque naturam, uſum atque actionum diverſitatem ſecundum eſſentiam pervestigemus.* Ratio ordinis.

Quid pars

2. Eſt autem proprie loquendo pars corporis non omne illud, quod corpus noſtrum complet, utpote cum plurima ſint in corpore humano, quæ veræ partis rationem habere nequeunt, ſed quod vita communi cum toto fruitur, & ad certam actionem vel uſum comparatum eſt. Fernel. lib. 1. Phyſiol. cap. 2.

Ex quibus fiunt partes.

3. Tales partes ex ſemine utriusq; parentis, & ſanguine materno producuntur, quam ob cauſam pro principijs generationis proximis ſemen & ſanguinē agnoſcunt Galen. lib. 1. de ſem. cap. 3. lib. 1. de tuend. ſan. c. 2.

Per quæ ſubſiſtant partes

4. Ingeneratur ijsdem in prima conformatione ex ſemine vitale principium, calidum innatum, quod humido primigenio, ſpiritu inſito & calore nativo conſtat, quibus partes potentiam & aptitudinem habent, ad operationes ſuas proprias pro diverſitate facultatum perficiendas, unde Galeno lib. 2. ar. curat. cap. 2. illud ipſum primum & maxime neceſſarium facultatum inſtrumentum dicitur.

Per quæ conſerventur partes

5. Cum autem hoc innatum calidum in perpetuâ ſit alteratione, ideo provida natura principia conſervantia conſtituit, eademq; per actiones perpetuas quarundam partium continuat, quo reſtauratio ad tempus aliquod fieri poſſit.

9. Hinc humores alimentarii & ſpiritus influentes in corpore noſtro præparan-

tur, quarum influxu calidum nativum alteratione quadam dependitum, pro cujuslibet partis, ejuſdemq; actionis diverſitate diverſimode reficitur & reſtauratur. Galen. lib. 11. Meth. Med. cap. 3

7. Ad hanc reſtaurationem inter id, quod influit & quod influxum eſt, maxima requiritur ſimilitudo, quam ob cauſam plurimis alterationibus & mutationibus influentes humores & ſpiritus pro ſui præparatione indigent.

Coctionũ & alterationum diverſitas cur à natura iſtituatur.

8. In his ea, quæ heterogenea ſunt, ſeparantur, quam ob rem in corpore noſtro variarum concoctionum varia quoque dantur excrementa, quæ omnia meritò ex numero partium rejiciuntur, quamvis in ipſo corpore recte conſtituto nunquam non inveniantur.

9. Quamvis autem in dictis partes omnes inter ſe conveniant, nihilominus reſpectu propriæ naturæ plurimum inter ſe differunt: quod primo patet in abſoluta eſſentiæ conſideratione, quomodo quædam ſunt ſimilares, aliæ diſſimilares; illæ in particulas ejuſdem naturæ cum toto dividuntur, ut os, cartilago &c. hæ minimè, utpote, quæ ex ſimilaribus componuntur, ut cor, ventriculus &c. Ariſtot. lib. 1. hiſt. an. cap. 1. Galen. lib. 8. de plac. cap. 4.

Partium diverſitas reſpectu eſſentiæ.

10. Præter hanc differentiam, qua partes abſolute conſiderantur maxime reſpectu præſentis conſiderationi notanda venit illa, quâ partes in

Partium diverſitas reſpectu a-[illegible]

Principales | principales & minus principales dividuntur. Principales *partes abſolutè requiruntur vel ad conſervationem individui, ut* cerebrum, cor & jecur: *vel ad propagationem ſpeciei ut* teſtes, *præcipua generationis organa*. Gal. lib. ar. par. cap. 9.

Minus principales. | 11. *Minus principales ſunt reliquæ principibus inſervientes, quæ id præſtant, vel mediate vel immediate, quam ob cauſam rurſus inter eas una altera dignior dici poteſt.*

Varietas miniſtrationum. | 12. *Fit autem illud miniſterium non uno & eodem modo, præſertim cum quædam hoc præſtent principes defendendo, aliæ materiam adducendo, vel reducendo, aut eandem præparando, vel etiam excrementa ſeparata ſuſcipiendo.*

Cerebrum. | 13. *Ita* cerebrum, *quod facultatis animalis organum eſt, primo defenditur præter partes continentes communes, à* pericranio, cranio *ipſo, diverſis oſſibus per ſuturas connexis conſtante, & duabus membranis proprijs,* dura *videlicet* & pia matre. Vide Gal. lib. 8. de Uſu par. & l. 9. de Anat. adm.

Minus principales cerebro inſervientes. | 14. *Alimentum adducunt cerebro* venæ jugulares *internæ atq;* arteriæ carotidæ, *quæ ſpiritum quoq; vitalem pro animali ſpiritu elaborando advehunt.*

15. *Cum etiam cerebrum ſenſui & motui per animales ſpiritus communicatos alijs partibus præeſſe debeat, ideo* nervi *partim immediate*

à cere-

[illegible], partim à ſpinali medulla progeniti [illegible] animalis alijs membris communican[illegible] [illegible].

16. Non autem ſolum nervus [illegible] ad ſenſus, [illegible] ſpiritum [illegible] à cerebro habent, [illegible] in partem ſenſus vel motus [illegible], quam [illegible] conſtituunt [illegible] ſenſoriorum externorum, quibus colores, ſonos, odores, ſapores & qualitates tactiles percipimus, in præſcripta ſibi officia, una cum [illegible] muſculorum, qui motui animali præſunt, concurrentibus alijs neceſſarijs requiſitis, potiſsimum oſſium diverſis articulationibus, quod maxime in manibus & pedibus apparet.

17. Tandem cum cerebrum frequentioribus quoq; abundet excrementis, ideo glandula pituitaria condita eſt, quæ per infundibulum ad nares & fauces, id quod heterogeneum eſt, tranſmittit.

18. Alterum principale membrum, cor videlicet, ratione neceſsitatis primatum obtinet præ omnibus reliquis, & vitalis facultatis organum eſt præcipuum. Cor.

19. Inſerviunt huic defendendo primũ oſſa, quæ mediũ ventrẽ conſtituunt, ut ſunt os pectoris, ſcapulæ, coſtæ, claviculæ & vertebræ dorſi, itẽ duæ membranæ, quarũ una coſtas ſuccingens pleura dicitur, altera medium ventrem in dextrã & ſiniſtrã ſeparans, vocatur q; Membra principali cordi inſervientia.

mediaſtinum, *cui annectitur pericardium in quo cor tanquam in arce regia reſidet.* Galen.6.de Vſu par.& lib. 7. de adminiſtr. Anat.

20. *Materiam adducendo vel abducendo inſerviunt* vena cava, *in dextrum cordis ſinum ſanguinem deferens* : arteria magna *in ſiniſtro cordis ſinu oriens, & ſpiritum vitalem à corde reliquis partibus communicans* arteria venoſa, *ex eodem ſinu ad pulmones tendens quæ præter expulſionem fumidæ ſubſtantiæ, & attractionem aeris etiam pulmonibus ſpiritum vitalem communicat: &* vena arterioſa, *quæ ex dextro cordis ſinu ſanguinem pulmonibus adducit nutritionis gratia.*

21. *His tandem pulmo accedit, qui cum partibus ſibi inſervientibus reſpirationis cauſa eſt, ubi inſpiratione aer attrahitur & cordi præparatur, expiratione verò fuligines à coctione ſpirituum reſultantes expelluntur.*

Iecur. 22. *Supereſt tertia pars principalis* jecur *videlicet, naturalis facultatis organum primarium:* Vide Gale .lib.4.de Vſ. part. & lib. 6.de Anat.adm.

Minus principalis jecori inſervientes. 23. *Huic primo miniſtrat ventriculus materiam præparando, qui cibum in ore maſticatum per gulam recipit, & inſita vi beneficio caloris in chylum coquit, quem ab eo inteſtina recipiunt, & bonam partem per meſeraicas venas, quas* meſenterium *fulcit, epati tranſ-*

[illegible], interdum verò partim per ſeceſſum ope muſculorum abdominis adjuvant.

24. Deinde materiam attrahendo & adducendo vena cava & porta inſerviunt, in quibus ſanguis in jecore generatus abſolvitur, & quibus partibus ad nutritionem ſubminiſtratur.

25. Denique excrementa recipiunt veſicula fellea, quæ excrementum bilioſum recipit, illudque ad inteſtina tranſmittit: Llen, qui craſſiorem partem attrahit; & renes, qui per venas emulgentes ſerum trahunt, idque à reno ſanguine ſeparatum ad veſicam per ureteres dimittunt, in qua continetur, donec per meatum urinarium voluntariè ope muſculi proprij dejiciatur.

26. Defendendo tandem inſerviunt partes infimi ventris continentes, quibus quodlibet ex contentis membris in loco ſuo retinetur, & ab externis injurys defenditur.

27. Hæc ſunt membra individui conſervationem reſpicientia, jam ſequitur ut partes ſpeciei conſervandæ cauſa conditæ videamus.

28. In harum numero teſtes principatum obtinent, utpote præclara facultate σπερματοποιητικῇ præditi. Galen. lib. 1 de ſem. cap.15. Principales partes reſpectu ſpeciei

29. Illis inſerviunt primò defendendo in viris quatuor tunicæ, in mulieribus ſimplex tantum membrana cum partibus internis quibus inſident. deinde materiam adducendo

miniſtrant duæ arteriæ ſpermaticæ ex arteria magna orte, & duæ venæ, quarum dextra à cava, ſiniſtra vero ab emulgente exoritur, ne à continuo arteriæ magnæ motu rumpatur. Denique ſemen excretum abducunt vaſa ejaculatoria, indéque in viris recipiunt proſtatæ, in mulieribus vero ipſe uterus generationis hortus fœcundiſſimus.

30. Cum etiam mas in alio & fœmina in ſeſe generet, & neceſſario utriusque ſexus congreſſus requiratur, ideo natura fœminæ uterum cum cervice, penem vero mari conceſſit, ut uterque ſexus ſuo modo ad generationem concurreret.

31. Ne autem fœtus in lucem editus adæquato alimento deſtitueretur, ideo natura provida peculiarem mammarum compoſitionem fœminæ addidit, ut lac primogenitis præpararetur.

32. Hæc eſt partium humani corporis natura earumq́ue conſenſus amicus, quo inter ſe omnes conſpirant, & pro cōpoſitione totius concurrunt.

Varietas partium propter varietatem facultatum.

33. Obtinent autem hanc diverſitatem ſuam non fruſtra, ſed propter varietatem facultatum, quæ per ipſas partes actiones ſuas diverſas perficiunt.

Quid actio corporis.

34. Eſt igitur in præſentia corporis vel partium pervanio motus activus ſecundum naturam ab anima facultate mediante corpore vel parte alia tanquam inſtrumento proximo producti-

inſtru. Vide Galen. lib. 1. de locis aff. cap. 1 & lib. 17. de Uſu par. cap. 1.

35. Eſt, triplex actio, animalis, vitalis & naturalis. Actio triplex.

36. Animalis actio eſt vel ſenſuum externorum, vel motus animalis, vel principis. Galen. lib. de ſympt. diff. cap. 3. Actio animalis.

37. Senſuum externorum actio eſt apprehēſio & dijudicatio externi cujuſdā objecti ſenſibilis, quæ corporis organo externo perficitur, ut ſunt viſio, auditus, odoratus, guſtatus & tactus. Actio ſenſus.

38. Motus animalis eſt actio muſculorum, qui imperante appetitu & influxu à cerebro per nervos rectè conſtituto partes noſtras ſua cōtractione & extēſione diverſimode cōmovēt. Actio motus animalis.

39. Princeps actio animalis ſit beneficio cerebri & vel eſt imaginatio, vel ratiocinatio, vel memoria, ſecundū Galen. Ibidem. Actio princeps.

40. Imaginatio eſt actio, qua ſpecies & formas ab exterioribus ſenſibus oblatas apprehendimus, diſcernimus & dignoſcimus, quam ob cauſam cum actione ſenſus communis ex Ariſtotelis opinione coincidit. Imaginatio.

41. Ratiocinatio eſt actio, quâ ex ſpeciebus jam conceptis aliquid meditamur & cogitamus, ideoq; phantaſiæ, ſecundum Ariſtotelem, & mentis quoq; operationes includit. Ratiocinatio.

42. Memoria deniq; ſpecies cognitas conſervat, eaſdemq; neceſſitate exigente reliquis facultatibus animalibus offert. Memoria.

43. Tot [illegible] actiones animales, [illegible] Galeno [illegible] enumerantur: jam [illegible] ad vitales accedamus.

Actio vitalis.

44. Vitalis actio eſt propria cordis [illegible], qua [illegible] vitæ per generationem [illegible] vitalis, ejuſdemq́; in reliquas partes communicationem proficitur.

Pulſus.

45. Hic oriuntur pulſus & animi perturbatio: Pulſus eſt actio principalis primo cordis, deinde arteriarum, quo diſtractione & contractione fit motus a vitali facultate, ut [illegible] caloris mediocritas retineatur, & [illegible] vitalis præparatus aliis partibus communicetur. Galen. 4. de diff. pulſ. cap. 2.

Animi perturbatio

46. Animi perturbatio huc quoque pertinet, quatenus eſt [illegible] affectio, quæ pendet à ſubita revocatione vel tranſmiſſione ſpirituum & caloris à corde tanquam fonte & principio ſuo: quod patet in ira, gaudio &c.

Actio naturalis.

47. Accedimus tandem ad actiones naturales, quæ vel individuum reſpiciunt, ut [illegible] nutritio & augmentatio, vel ſpeciem conſervandam, ut generatio.

Nutritio.

48. Nutritio eſt actio partium viventium, qua id, quod perpetuo ſubſtantiæ fluxu diſſipatur, ex alimento pluribus alterationibus aſſimilato reſtituitur. Galen lib. 1. de facult. natural. cap 5. 8. & ſequent.

49. Huic ſubordinantur attractio, retentio, concoctio, & expulſio, quæ [illegible]

[illegible]

animæ eſſe ſunt propriæ, & aliæ quæ ſibi præ- [illegible] nec non officiales, & [illegible]. Illa enim quælibet pars, quæ nutritur, propter ſingularem convenientiam ſuum trahit alimentum, idque retinet, concoquit, & in proprium ſibi ſuccum heterogeneo ſeparato convertit. Hic [illegible] propter alimenti præſidentem præparationem dicuntur aliena officialia [illegible] partium.

50. Sic ventriculus attrahit alimentum, idq; retinet, retentum inſita vi [illegible] in chylum commutat, non ut nutriatur, ſed ut eo illud ipſum hoc modo præparatum [illegible] fabricatur, unde poſt concoctionem [illegible] inteſtina expellitur, atque ita concoctio prima χύλωσις abſolvitur.

51. Eodem modo chylum ab inteſtinis [illegible] meſeraicis [illegible] trahit jecur, eumq; retinet & in ſanguinem commutat, ſeparatis partibus heterogeneis, quemodo ſecunda coctio, αἱμάτωσις [illegible], in gratiam totius perficitur.

52. Hic non tantum in ventriculo & jecore, ſed etiam aliis partibus primæ & ſecundæ coctionis inſervientibus, utpote inteſtinis, liene, veſica utraq;, renibus &c. conſpiciuntur officiales actiones, quas omnes hic incluſas eſſe volumus, utpote cum omnes ſuo modo nutritioni ſubordinentur.

Augmentatio.

53. Non autem ſatis eſt, ut individuum nutriatur, ſed opus eſt, ut illud ipſum quoque ad juſtum ſuæ magnitudinis terminum augeatur. [illegible] alia naturalis actio apparet, quam augmentationem dicimus, quæ non ſolum in alimenti appoſitione conſiſtit, ut nutritio, ſed ſimul partiũ extenſionem præſupponit, ita ut pars quædam fiat major ſecundum totum, & ſecundum omnes totius particulas.

Generatio

54. Hæ ſunt actiones individui conſervationem reſpicientes, ſupereſt actio generationis, qua ſpecies conſervatur, quæ partim conſiſtit in productione ſeminis paterni & materni, partim etiam in aliis, quæ ad ſeminis commiſtionem, ipſamque conceptionem faciunt.

55. Tot ſunt actiones noſtri corporis, quas παχυμερῶς hac una diſputatione adumbrare voluimus, tum quod exacta rerum harum cognitio magis ad Philoſophum, quàm ad Medicum pertineat, tum etiam quod in nuperrimis noſtris Exercitationibus de humano corpore hæc omnia ſufficienter demonſtrata ſint. Hic igitur acquieſcimus & ad ipſam ſanitatem quæ ex rectè conſtitutis actionibus deprehenditur, nos conſequenter convertimus.

Diſputationum Medicarum
Quarta.

DE SANITATE Corporis Humani.

Reſpondente

ANDREA ZIEGLERO, Tranſſylvano.

THESIS 1.

C*Onſideratis partibus & adiunctis noſtri corporis, conſequens eſt, ut ad ipſam* Sanitatem, *cujus gratia reliqua præmiſſimus, nos convertamus, ut ita cognoſcamus, quidnam ſit illud in corpore noſtro, unde ratione ejus ipſum ſanum dicitur.* — Ordo tractandi.

2. *Non quidem hic de propria partium ſubſtantia dici poteſt, atque tamen* [illegible] *partium, neceſſario quoque ponatur, ut facile* [illegible] *omni tempore ſanitatem ſuam non obtineant.* — Sanitas eſt [illegible] harmonia partium.

3. *Definiuntur ergo* [illegible] *cujus* [illegible] *partes ſanæ* [illegible] *ipſam partium naturam primo conſtituere.*

ſed eſſe conſequens accidentale, quod ſalva par-
tu ſubſtantia interdum abeſſe poſſit.

Sanitatis definitio.

4. Hinc ὑγίεια vel Sanitas propriè accipitur pro aptitudine prompta corporis ad agendum, ut habet Gal. lib. de differ morb. cap. 2. ideoq; nihil aliud eſt, quam diſpoſitio corporis humani, qua, propter juſtam ſimilarium temperiem, diſſimilarium conformationem & utrarumq; unionem, prompti ſumus ad omnes operationes perficiendas. Gal. lib. 1. Meth. Med. cap. 7. lib. 5. de plac. lib. artis med. cap. 8. lib. 1. de tuend. ſan. cap. 4. lib. de opt conſtit cap. 2.

Quot modis ſanitas labefactetur.

5. Illum igitur ſanum dicimus, qui promptus eſt ad perficiendas actiones praecedenti diſputatione enumeratas: quod ſi promptitudo haec eidem denegetur, conſequens eſt, eundem vel intemperie quadam ſimilarium, vel mala compoſitione, vel depravata partium unione laborare.

Sanitatis latitudo, ac differentia.

6. Cum verò in operationibus noſtris magis vel minus reſpectu perfectionis locum habeat, ideo διάθεσις illa, quam ſanitatem dicimus, non ſemper eſt eadem; unde primùm ſanitas alia eſt Summa & optima, quae ad functiones perfectiſſime obeundas omnia comparata habet: alia ab eadem recedens, ideoq; minus exacta. Gal. lib 1. de tuend. ſan. cap. 5.

[illegible]

7. Sanitas optima vel exacta, alia talis eſt ad unguem omnino, alia ad communem homi-

unum uſum. Illa cogitatione potius, quam revera exiſtit, idea proponitur tantum medico veluti imago normaque Polycleti: hæc vero conſiſtit in eucraſia optima, atque ſtructura & unione convenientiſſima, quæ in corpore noſtro dari poteſt. Galen. cit. lib.

8. *Eſtq; Sanitas vel ſimpliciter, vel ut plurimum, vel ut nunc.* Galenus lib. art. par. cap. 4.

9. Sanitas exacta ſimpliciter *convenit iis, qui ab ipſo ſtatim ortu conſtitutionem in ſimilaribus optime temperatam & in diſſimilaribus bene conformatam cum adæquata unione utrarumq; obtinent durabilem & conſtantem, ideoq; promptitudinem actionis ad ſenectutem usq; præſupponit.*

10. Exacta ſanitas ut plurimum, *illa dicitur, quæ à priore paululum deſicit: ut autem illa rarior, ita hæc in communi ſocietate hominum frequentior eſt.*

11. *Tandem* exacta ſanitas ut nunc, *illa dicitur, quâ corpus in præſenti tempore optimè temperatum & commenſuratum pro actionibus ſuis prompte ſubeundis invenitur.*

12. Minus exacta ſanitas, *aliàs* deflectens *vel* recedens, *illa dicitur, quæ vitiis veluti expoſita, nec omnino incolumis eſt, ut prior, quemadmodum* Galenus *innuit* lib. 1. de tuend. ſan cap. 5. *Et hæc nobis diſtingui* Sanitas de- cedens.

poteſt

poteſt, ut ſit vel ſimpliciter talis, vel ut plurimum, vel etiam ut nunc.

13. Has ſanitatis latitudines in ipſis varietatibus naturarum deprehendimus; prout enim inter id, quod perfectiſſimè ſuam obit actionem, & quod functionem ſenſibiliter læſam habet, plures intercedunt differentiæ, ſic etiam Sanitas à conſummata deflectens non eſt eadem. Gal. lib. 2. de temp.

Quodnam temperamẽtum optimam ſanita[tem] indicet.

14. Sic illi, qui temperamento medio præditi ſunt, optima fruuntur ſanitate, qua omnes actiones promptiſſimè cum vitæ ſuavitate perficiunt.

15. Ab his quodammodo diſtat Sanitas eorum, qui temperamenta intemperata obtinent, excedentia videlicet vel una qualitate quod melius eſt, vel duabus, quod pejus.

[S]anitas temperamenti calidi.

13. Non autem per qualitatem noxiam vitium primarum vel ſecundarum qualitatum tantum hic intelligendum eſt, cum illud ipſum ſolam alterationem indicet, ſed ipſa idæa, ſpecies & natura humorũ corpori noſtro adverſa ſubintelligitur.

14. Huc igitur pertinent excrementitij humores tam ſecundum naturam in majori copia, quam præter naturam generati & cacochymiæ ſpeciem diverſam conſtituentes.

Quando purgatio indicetur?

15. Unde patet, quod purgatio indicetur tũc tẽpore, quãdo humores excremẽtitij naturales in majore quantitate abũdant circa ſecundã &

tertiam

[illegible] quia in primo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ſibi [illegible] poſſit, [illegible]

16\. Ergo verum [illegible] Hippocrates lib. 2. Aph. 36. & 37. & lib. 4. Aph. 1. & [illegible] ſcribit us, qui integra fruuntur valetudine purgationes difficiles & periculoſas eſſe, præſertim cum in his verum indicans κ[illegible] minime demonſtrari poſſit.

Cur ſani purgatio noxia?

17 Sed dato indicante quæritur [illegible] num etiam ægrotantis natura purgationem permittat, quapropter determinandum reſtat, quibus conſtitutionibus talis evacuatio per medicamenta catarctica conveniat.

Qui non ad purgationem apti.

18\. Vt autem alias in omni remedio præſertim valido virtutis robur & imbecillitas conſideranda venit: ſic etiam in præſentia non ſufficit, ut adſint vitioſi ſucci expurgandi ſed inſuper videndum quoque, num æger, quoad vires ad purgationem ſuſtinendam aptus vel ineptus ſit, præſertim [illegible] talis evacuatio ſine [illegible] totius commotione fieri nequeat.

19\. Quapropter illa, quæ præcedenti diſputatione à rebus ſecundum naturam, non naturalibus & præter naturam [illegible] diximus, [illegible] modo huc etiam referuntur [illegible] naturas [illegible] purgationem [illegible] [illegible].

Prohibentia purgationem per accidentia.

20 Ita [illegible] [illegible] [illegible] purgantur, ne [illegible] [illegible]

Quæ natu- [illegible] ſunt [illegible] ad pur- gationem.

[illegible] convulſiones incidant: frigid[illegible] humidæ propter languentem calorem [illegible] dicam ejus diſſolutionem, quæ purgante medicamento accidit ferre poſſint: [illegible] & humidæ tutius & facilius hanc [illegible] ferunt.

21. Sic etiã habitus graciles, tenues, [illegible] & humores [illegible] reſpectu purgationis, cum [illegible] languidior fiat: at contrà bene [illegible] purgatur, niſi maxime obeſus ſit, cui [illegible] frigiditatem & vaſorum anguſtiam difficilis quoq; purgatio accidit.

22. Quo ad ætates hic etiam illud repetendũ, quod præcedenti diſputatione diximus [illegible] ut conſideremus, quænã ætas vires purgationi magis convenientes & ſufficientes habeat.

23. Inter illas verò, quæ purgationes non facilè ferunt, nota de prima pueritiâ, quod infantes lacte nutricis adhuc utentes medicamento catarctico nutrici exhibito commodè purgentur Hipp. 6 Epidem.

Cautio de purgandis mulieribus.

24. Quoad ſexum plerumq; majori facilitate purgantur viri quam mulieres, præſertim vero tunc temporis, ubi fluxu menſtruo laborant, aut frequentes uteri ſuffocationes patiuntur, cum in illo caſu duæ inſignes evacuationes ſimul naturæ [illegible] uterum ab acri qualitate catarctici vehementer irritetur.

25. De gravidis vero notandum aphoriſmum

Hipp.

Hipp. lib. 4. Aph. 1. prægnantes purgabis, ſi materia turgeat, quadrimeſtres, & uſque ad ſeptimum menſem, ſed has parcius. Minores vero aut grandiores conceptu, abſtinebis.

De purgatione in grauidis.

20. Non leviter facile purgandæ ſunt grauidæ, ne vi expultrix [illegible] ad abortum exſtimuletur, niſi materia turgeat, adeoq; magnum periculum matri & fœtui immineat. Ubi tamen delectus quoq; temporis habendus eſt, primo & ultimo [illegible] commode purgatio fieri nequeat, ut in intermediis, propterea quod in primis ligamenta, quibus utero fœtus adhæret, ſunt imbecilla, in poſtremis autem fœtus jam grandior, ad exitum properans, facile purgantibus irritatus utero, ante tempus protrudi poteſt.

Res non naturales quomodo [illegible] cum purgatione.

21. Inter res non naturales aeris ſtatus præcipue perpendendus eſt: qui autem magis ad ambiens temperatus, eo etiã purgationibus accommodatior eſt, utpote cũ calidior vires diſſolvat, frigidior verò humores & meatus conſtipet, adeoq; purgationi minime idoneus eſſe perhibetur.

22. Hinc patet cur Hippocrates lib. 6. Aph. 47. verno tempore purgationes feliciores & commodiores eſſe ſtatuat, contra l. 4. Aph. 5. ſub cane & ante canẽ eaſdẽ difficiles ac magis laborioſas eſſe pronunciet, utpote quo tempore & aër nimis [illegible] & [illegible] aſtrorum influxus vires debiliores reddant, adeoq; tanta evacuationibus non ſufficiens eſſe videatur.

23. Imo & magnas mutationes aëris ambo-

[illegible]

[illegible] *ma*[illegible] *vum* [illegible] *a maxime vero* [illegible] *al. & a*[illegible] *ne*[illegible] *in præſent*[illegible] *conſiderans* [illegible] *cum in*[illegible] *medicamenta* [illegible] *a* , *porrigenda Medicus ex* [illegible] Hipp. lib. de aere aq. & locis cap. 6. [illegible]*tu eſſe debeat.*

30. Huc etiam conſuetudo referetur, præſertim cum aſſueti facilius, quam in[illegible] *purgationes ſuſtinere poſſint, quemadmodum* [illegible] *ti* [illegible] *de venæ ſectione quoque diximus.*

Res præter naturam quomodo purgationem impediunt. 31. *Quoad res præter naturam* [illegible] *probibent morbi & humores* [illegible] *materia item cruda & ad evacuationem* [illegible] *ſymptomatum vehementia vires poſt*[illegible] *omnia magis ex ſubſequentibus apparebunt.*

Præparatio purgationem antecedens. 32. Cum autem cocta *medicari oporteat,* [illegible] *ſecunda* Hipp. 1. *Aph.* 22. *idq́ in corporibus ad fluxionē ritè comparatu juxta* Aph.9 lib.2 *Idcirco merito ſubjicimus, quemadmodum præparatio purgationē præcedere debeat.*

33. Hæc duplex eſt, *una humorum* [illegible] *qui expurgatur, altera corporum, in quibus hæc* [illegible] *o* [illegible]*ur.*

Præparatio humoris. 34 *Humor expurgandus coctione indiget,* [illegible] *opus (qui*[illegible] [illegible] *non ne*[illegible] [illegible] *vum fovent & augent, etiam* [illegible]

humorum, ut tandem ſeparatus à ſanguine utili è corpore poſſit expelli.

35. Talem coctionem artificialis quædam præparatio præcedit, quæ impedimenta [illegible] auferendo [illegible], vel qualitatem humorum corrigendo perficit.

36. Quantitatem corrigendo præparari dicimur, quando per initia materiam evacuando, potiſſimum venæ ſectione, minuimus, ut hac ratione natura, quod reliquum eſt, facilius aggrediatur, ac citius ad meliorem ſtatum reducat. Gal. l. 2. aphor com. 29.

37. Qualitatis autem reſpectu præparamus, quando qualitates quæ coctioni impedimento eſſe poſſunt, corrigimus, ita exceſſus caliditatis per refrigerantia, frigiditatis per calefacientia tollitur: ſic in ſecundis qualitatibus tenuitas incraſſantibus, craſſities attenuantibus mediis diverſis corrigitur.

38. Et quamvis de tenuitate humorum controverſa ſit quæſtio apud Medicos, nemo tamen infitias ibit, quod humor, qui propter tenuitatem ſuam coctionem ſubterfugere, incraſſandus ſit, ut calor nativus actionem ſuam in [illegible] poſſit exercere.

An tenuis humor incraſſandus ſit?

39. Altera præparatio ſubjecti humani [illegible] corporis [illegible]

Præparatio corporis.

[illegible] debeant, juxta Hipp.lib. 2. Aph. [illegible] lib. 7. Aph. 70. lib. 4. Aph. 13.

40. Hic igitur meatus & viæ, quibus humores educimus, laxandæ, emolliendæ & humectandæ ſunt, attenuatá & ad fluxionem præparata ſi opus eſt, coctá materia craſſiori, ne immobilitas humoris, viarumq́; conſtipatio purgationem impediat, vel ſaltem reddat difficilem ſuccedentibus pravis ſymptomatis vertiginis, doloris ventris, nauſeæ & ſimilium.

Quo tempore purgandum.

41. Patet ex his, quo tempore potiſſimum propriè dicta purgatio per medicamenta catharctica ſit inſtituenda, tunc videlicet ubi materia concocta, vel alias apta cum diſpoſitione corporis convenienti ad evacuationē reperitur.

42. Hinc Hippocrates lib.1. Aph. 22 præcipit ut non purgemus in morborum initijs, niſi materia turgeat, & ſuopte impetu cieatur, ubi periculum eſt in mora, cum fervidi & turgentes humores impetu ſuo facilè principem quandam partem occupare poſſint.

43. [illegible] circa ſtatum quoq; quieſcere multò præſtat ſecundum Hipp.lib.2.Aph. 29. propterea quod alias per exhibita φάρμακα natura revocetur à concoctione materiæ morbificæ, adeoq; [illegible] conſequi nequeat.

Quando minorativa purgatio locum habeat?

44. Expectandus ergo ad plenariam & perfectam purgationem ſtatus declinans, [illegible] materia non niſi concocta radicitus extirpari poſſit. [illegible] tamen minimè negandum.

quin

pendi, purgatio minor atque ſæpius quoq; locum habere queat, ut hac ratione materia peccans minor redderetur & a natura citius expugnetur.

45. Quæ vero purgationes multitudine numeroſæ ſunt adhibendæ, cum tum ratione epidemiæ & cum tolerantia ægrorum, ſi tum quando purgantur talia, qualia evacuare oportet, juxta Hipp.l.1.aph.23.25.lib.4.Aph.3.nihilominus tamen evacuationis quantitas non eſt negligenda, ne vel defectu vel exceſſu peccemus. Quantitas evacuationis.

46. Hæc deſumitur à quantitate peccantis humoris cujus copia cum virium robore conſideranda eſt medico, ut determinare poſſit, num ſemel vel iteratis vicibus materiam peccantem educere debeat.

47. Cumq; præter ſpem interdum copioſior, interdum parcior fiat evacuatio, prudentis erit medici defectum interdum complere, & exceſſum inhibere.

48. Hinc Hippocrates hellebori actionem corporis commotione promoveri, per ſomnum vero & quietem inhiberi poſſe, docet l.4.Aphor.14. & 15.

49. Ita ſeſe habent univerſalia præcepta purgationis, illius potiſſimum, quæ mediantibus catarticis per alvum inſtituitur. cum hac reliquæ evacuationis ſpecies per urinam, per ſudorem, per menſes, aliæq; particulares conjungi poſſint, ſequentia nihil aliter addimus, quam quod in hi etiam Hipp. aph. 21. lib. 1.

ſunt obſervandus, nimirum ut educantur materiæ vis & locus quo maxime vergere videntur.

Noſtrum eſt, ut conſequenter aliquid de materia Medica ſubjiciamus.

Diſputationum Medicarum Vigeſima

DE MATERIA Medica.

Reſpondente

M. VVOLFGANGO SCHALLERO, Freibergenſi.

THESIS I.

Duplex materia circa quam verſatur Medicus.

QVæ medicæ conſiderationi ſubjiciuntur, duobus generibus comprehenduntur, quatenus vel accidunt ſubjecto, in quo ſanitas a medico præſens defenditur, & amiſſa reſtituitur, vel pertinent ad materiam Medicam, cujus beneficio, tanquam per accommodatum inſtrumentum operationes ſuas Medicus artifex peragit.

2. Illa propoſuimus hactenus, ſupereſt ut aliquid de Medica Materia ſubjiciamus: ut enim artifex cum ſuo commodo nihil efficit, niſi inſtrumentorum naturam exacte cognitam habeat, etiamſi modus operandi ſit eidem notiſſimus

tionem, ſi etiam Medicus finem ſuum non aſſequatur, etiamſi intelligat quid agendum, niſi ſimul quoque determinare ſciat, qua materia, tanquam adæquato inſtrumento talis vel talis operatio ad actum traducenda ſit.

3. *Hoc opus ut naturas & eſſentias earum rerum conſideremus & cognoſcamus, quæ adhibitæ in corpus noſtrum agere queunt, ubi tria genera Materiæ Medicæ ſeſe offerunt primum comprehendit* res diæteticas, *alterum* pharmaceuticas & *tertium* chirurgicas adminiſtrationes *declarat.* — Triplex materia per quam ſanitas acquiritur.

4. Materia diætetica *ſex res non naturales comprehendit, ut ſunt aer ambiens, cibus potus, motus quies, ſomnus vigilia, redundantia inanitio, & animi affectus.* Galen. lib. de ocul. par. 3. cap. 2. — Materia diætetica.

5. *Aer* ambiens *reſpectu ſubſtantiæ ſuæ, quatenus eſt purus vel impurus, & reſpectu accidentium, nimirum quatenus eſt calidus, frigidus, humidus, ſiccus, craſſus, nebuloſus & conſideratur, ac cum ſuis cauſis, ut ſunt locorum, regionum, temporum ac ventorum diverſitates, confertur.* — Aer.

6. *Cum autem aerem vix per momentum evitare queamus, idcirco ſæpius Medico eo allaborandum eſt, ut noxium per ſua contraria corrigat. quo poſtea materia conveniens fiat pro fine ſuo conſequendo.* — Cibus & potus.

7. *Poſt aerē* cibus & potus *ſeſe offert, in quib.*

 ad ſub-

ad ſubſtantiam, qualitatem, quantitatem & modum utendi reſpiciendum eſt.

8. Reſpectu ſubſtantiæ cibus & potus cum corpore noſtro quandam convenientiam habere debet, ita ut partibus aſsimilari, in earumq; naturam converti poſsit: quod enim nutrit ſimilitudinem requirit cum illo, quod nutritur. Ariſtot. lib. 2. de an. tex. *45.*

9. Reſpectu qualitatum eſculenta & poculenta ſunt calida, frigida, humida, ſicca, craſſa, tenuia, dulcia, ſalſa, acerba, &c. quæ omnia ſunt conſideranda, & cum morbis conferenda, ut intelligere poſsimus, per quæ ſtatus naturalis conſervari, & præternaturalis corrigi poſsit.

10. Ad quantitatem quoq; reſpiciendum: cum enim inter agens & patiens certa requiratur proportio, neceſſarium eſt, ut alimenta juſta & convenienti quantitate exhibeantur, ne copia nimia ſit cauſa cruditatum, ejuſdemq; defectus ad reſolutionem facultatum faciat.

11. Imò & modus utendi non negligendus eſt, nimirum ut juſto ordine liquidioribus ſcilicet præmiſsis, juſtoq; tempore, quod fames animalis indicat, aſſumantur.

Motus & quies.

12. Tertium locum inter res non naturales obtinet motus cum oppoſitâ quiete, *exercitium videlicet corporis conveniens, cujusmodi à Medicis varia deſcribuntur, in quibus eo ſemper reſpiciendum, ut calor nativus uſ-*

concoquuntur, non autem vires reſolvantur.

13. Quarto loco ſomnus & vigiliæ conſiderantur, ſine quorum viciſſitudine ſanitas noſtra conſtans eſſe nequit, propterea quod ſomnus copioſior malum corporis habitum, deficiens vero caloris & ſpirituum reſolutionem introducat. Somnus & vigilia.

14. Cumq; corporis noſtri alterationes non fiant abſq; ſegregatione excrementitiarum partium, idcirco quinto loco redundantia & exinanitio conſiderantur, utpote cum hæc etiam nobis quotidiè accidant. Redundantia & exinanitio.

15. Tandem cum homo frequenter animi affectibus laboret, ac ſæpius varijs commotionibus iræ, lætitiæ, amoris, timoris & ſimilium afficiatur, ita ut hanc ob cauſam ſpiritus & humores diverſimodè commoveantur, adeoq; totum corpus multis modis alteretur, idcirco natura παθημάτων τῆς ψυχῆς in præſentia quoq; cognoſcenda. Animi affectus.

16. Hæc eſt materia diætetica, jam ſequitur ut accedamus ad materiam pharmaceuticam, ubi medicamenta ſeſe offerunt, quæ ſunt corpora mixta à calore noſtro actuata corpus humanum abſq; corruptione & nutritione (in quibus à venenis & nutrimentis differunt) alterantia & mutantia. Materia pharmaceutica.

17. Cum vero tota doctrina de medicamentis vel ad ſimplicium conſiderationem, vel ad eorundem compoſitionis diriguntur; id-

cirto commodiſſime primo de ſimplicibus [illegible] bus agitur: poſtea ratio præparationis & compoſitionis una cum compoſitis medicamentis cognoſcitur.

Medicamẽta ſimplicia varia.

18. Medicamenta ſimplicia [illegible] vel ex vegetabilibus, vel ex mineralibus, vel ab animalibus, ut habet Gal. l. 6. ſimpl. Med. c. 1. & l. 1. d. comp. med ſec. gen. c. 8. & cum corporibus noſtris comparata varias qualitates poſſident, quarum potentias à calore nativo per impedimentorum remotionem actuata in corpore noſtro exerunt, ita ut Gal. l. 3. de temp. medicamenta poteſtate talia dicat.

Medicamẽta ſunt alterantia & evacuantia

19. Hæ facultates omnes ad vim alterandi atq; evacuandi reducuntur, unde beneficio illius peccatum qualitatis corrigitur, & hujus adjumento materia noxia educitur.

Alterantia duplicia.

20. Alteratio vel fit manifeſtis qualitatibus, vel occultis: manifeſtis qualitatibus fit alteratio per qualitates primas, ex quibus ſecundæ & tertiæ deducuntur.

Alterantia [illegible]

21. Quo ad primas qualitates medicamenta corpus noſtrum calefaciunt, refrigerant, humectant & exiccant, idq; vel non evidenter vel manifeſte, vel vehementer, vel extreme, quam ob cauſam calida frigida, humida vel ſicca in primo, ſecundo, tertio vel quarto gradu dicuntur. Gal. l. 3. ſimp. Med. c. 12.

Quomodo [illegible] [illegible]darum

22. [illegible] primæ qualitates extra ſua ſubjecta, quibus accidenti [illegible] inſtar inhærent, agere

nequeunt, quam ob cauſam variæ ſecundæ qualitates producuntur, quatenus cum diverſis ſubſtantiæ vel materiæ modis coniunguntur, unde actio ſecundæ qualitatis nihil aliud eſſe videtur, quam determinata ac certa operatio qualitatis primæ ob tenuitatem & craſſitiem vel mediocritatem ſubſtantiæ medicamenti variata.

qualitatum reducantur ad primas.

Medicamenta calefacientia.

23. *Hinc* Medicamenta calefacientia *pro ut magis, minusq́ calefaciunt, & cum partium tenuitate, craſſitie vel mediocritate junguntur, poſſunt eſſe* ἀνώδυνα, *dolorem lenientia*, λεπτύνοντα, *attenuantia* ῥυπτικὰ *abſtergentia*, ἐκφρακτικὰ *infarctus liberantia*, ἀραιωτικὰ *rarefacientia*, ἀναστομωτικὰ *ora vaſorum aperientia*, διαφορητικὰ *diſcutientia*, καύστικα *adurentia*, ἐκπυΐσκοντα *ſuppurantia, vel* πεπαντικὰ, *maturantia.*

Med. refrigerantia.

24. *Ita* frigida *eandem ob cauſam eſſe poſſunt* σκληρύνοντα *incraſſantia*, στυπτικὰ *aſtringentia*, ἀπωθέοντα *repellentia*, & ναρκωτικὰ *ſtupefacientia, quæ alias interdum quoq; impropriè* ἀνώδυνα *dicuntur.*

Humectantia.

25. *Sic etiam* humectantia *ſunt* μαλάττοντα *emollientia*, πλατύνοντα *dilatantia*, χαλάζοντα *laxantia &c.*

Exiccantia

26. *Imò &* exiccantia *ſunt* σαρκωτικὰ *carnem gignentia*, κολλῶντα *conglutinantia*, ἐπουλωτικὰ *cicatricem inducentia* σαρκοφάγα *carnem abſumentia*, σκληρωτικὰ *indurantia*

Tertiæ qua-litates.

27. *Præter dictas qualitates primas & ſecundas ſunt adhuc in medicamentis [illegible], quas* tertias *vocant, quarum [illegible] ex primis & ſecundis deducuntur, ut [illegible] ad manifeſtas operationes una cum [illegible] bus reduci poſſunt.*

28. *His qualitatibus medicamentis [illegible] ac determinatæ [illegible] corpori [illegible] ſpi-ciunt, idq; vel* contentum *eſt, vel* continens

Tertiæ qualitates contenta reſpicientes.

29. *Inter* contenta *numerantur lac, ſemen, ſanguis, urina calculus, vermes &c. unde hic ſeſe offerunt medicamenta γάλα ϑρέψοντα lac augentia, γάλα χαλέπτοντα lac minuentia, σπέρμα χαλέπτοντα, ſemen minuentia, menſes moventia, menſes ſiſtentia, διουρητικὰ urinam moventia, urinam ſiſtentia, calculum moventia, lumbricos necantia.*

Tertiæ qualitates continentia reſpicientes.

30. *Ad* continentia *referuntur veræ corporis noſtri partes; unde huc pertinent ea medicamenta, quæ certis partibus amica ſunt propter manifeſtam agendi qualitatem, ut ſunt quædam Cephalica, pectoralia, cardiaca, epatica, ſtomachica, ſplenica, nephritica, hyſterica & arthritica.*

Alterantia occulta duplicia.

31. *Ita ſeſe habent illa, quæ manifeſta vi alterandi prædita ſunt, ſequuntur alterantia occulta, quæ vel ſunt* alexipharmaca, *vel ſunt* appopriata.

Alexipharmaca.

32. Alexipharmaca *ſunt [illegible] ſingulari proprietate ſubſtantiæ [illegible]*

[illegible]

ſtantia venenoſa aliquam, non ob exceſſum manifeſtarum qualitatum, ſed proprie dicto, quæ totius ſubſtantiæ contrarietate venenis inimica ſunt.

33. His alexipharmaca ſuccurrunt vel ſimilitudine ſubſtantiæ venenum attrahendo & ſeparando, quod patet ex ijs, quæ exterius venenatis morſibus imponuntur, vel contrarietate ſubſtantiæ illud ipſum frangendo, quod apparet in ijs, quæ aſſumuntur.

34. Appropriata dicuntur illa, quæ ex ſingulari proprietate, quam ex primis, ſecundis & tertijs qualitatibus deducere non poſſumus, vel certis corporis partibus, ut ſunt quædam localia medicamenta occulta, vel certis morbis, utpote videlicet, qui aliquid occulti alunt, peculiariter convenire ſolent. Appropriata.

35. Poſt alterantia conſiderantur evacuantia, quæ rurſus vel manifeſta qualitate agunt & impropriè dicta ſunt evacuantia, vel occulta qualitate determinatos ac certos educunt humores. Evacuantia.

36. Illa purgant ea potiſſimum, quæ circa primas vias hærent, lubricando, ut caſſia, manna, abluendo, ut ſerum lactis, extergendo, ut hordei cremor, comprimendo partes ſuperiores, ut maſtyx, cydonia &c.

37. Hæc aliàs καθαρτικὰ vel eclectice purgantia certos & determinatos humores vel ex toto, vel ex certa quadam parte vi occulta pro- propriè dicta purgantia.

prietatis à tota ſubſtantia dependentis evacuant.

...αυθαρκτι ...è qua... ...ruplicia

38. Prout autem peccant in nobis humores biliosi, phlegmatici, Melancholici & ſeroſi, ita quoq; totidem purgantium medicamentorum genera dantur, unde quædam ſunt χολάγωγα bilem ducentia, quædam φλεγμάγωγα pituitam evacuantia, quædam μελανάγωγα melancholiam purgantia, quædam ὑδράγωγα ſeroſos humores ſeparantia, idq; præſtant vel debiliter, vel mediocriter vel vehementer.

Artis chymicæ uſus

39. Hæc eſt varietas facultatum, quibus medicamenta modis diverſis in corpus noſtrum agunt. Cū autē in ſimplicibus medicamentis plures ac diverſæ ſubſtantiæ ſæpiſſimè cohæreant, cujus beneficio unum medicamentum qualitatibus operandi varius, imò interdū contrariis præditum eſſe videmus, hinc artificioſa medicamentorum præparatio inventa, ubi maximè vera arschymica locum obtinet, qua partes unius medicamēti diverſæ & alys atq; alijs qualitatibus præditæ ſeparantur, pura ab impuris ſegregantur, & ea quæ noxia ſunt corrigūtur.

Unde compoſitio medicamentorum ſuam habeat originem

40. Imo non ſemper quoq; medicamenta ſimplicia rite præparata ſufficiunt, propterea, quod indicans non ſemper ſimplex, ſed frequenter multiplex adeoq; cōpoſitū eſſe queat: adde quod ſimplex etiā ſimplici medicamēto vel intenſius vel remiſſius eſſe poſſit, unde illud ipſum commodè non adhibetur, niſi vel per contrarium corrigatur vel per ſimile augeatur.

42. *Nec ſufficit ut medicamentum rite ſit oppoſitum affectui vel per ſe vel beneficio juvantium, ſed opus eſt ut illud ipſum partem affectam quoque attingat, quam ob cauſam ſæpius dirigentia adduntur, quibus vis medicamenti magis ad hanc vel illam corporis partem dirigitur.*

43. *Cumque morbus interdum inducias non ferat, ideo conſervantia quoque ſæpius adduntur, ut medicamenta compoſita aliquamdiu ad uſum quotidianum in promptu eſſe poſint*

44. *Hæc igitur eſt medicamentorum compoſitio, in qua quatuor conſideranda veniunt:* Baſis, *quæ primariò contra morbum dirigitur:* Iuvantia, *quæ vel actionem baſeos augent, vel eandem diminuunt, vel noxiam qualitatem ejus corrigunt;* Dirigentia, *quæ ſunt medicamenta localia certum quid aut occulta, aut manifeſtâ qualitate reſpicientia, quibus vis baſeos ad locum affectum dirigitur:* & conſervantia, *per quæ compoſita medicamenta redduntur magis diuturna.* In compoſitione medicamentorũ quatuor cõſideranda.

45. *Hoc modo* doctrinam pharmaceuticam *delineare voluimus, reſtant in materia medica* chirurgicæ adminiſtrationes, *ſine quibus in multis morbis nihil laude dignum præſtare poſſumus.* Chirurgicæ adminiſtrationes.

46. *Hæ autem vel ad continua ſolvenda, vel ad ſeparata conjungenda, vel ad ſuperflua extirpanda, vel ad deficientia recuperanda tendunt*

dum, quam ob cauſam huc pertinet uſtio, ſectio, faſciatio repoſitio, conſolidatio abundantium: ablatio, deficientium repoſitio &c. de quibus operationibus paſſim apud autores agitur.

47. Ita ſumma faſtigia rerum quoad materiam auxiliorum tantùm adumbrare placuit, quæ omnia, ſi D E V S *otium & vitam nobis concesſerit, ſuo tempore perfectè & completè peculiaribus exercitationibus elaborare conabimur.*

Jam hiſce Medicinam Univerſam concludimus & D E O Opt. Max. gratias immortales agimus, cui æternum

HONOR ET GLORIA.

FINIS.

IACOBI HORSTI,
PHILOS. ET
MED. D. ILLVSTRISS.
DVC. BRVNSVICENSIVM AC
Lunæburgenſium Medici, &
in Acad. JULIA Profeſsoris
primarij, piæ me-
moriæ,

Diſputationes Catholicæ de rebus ſecundum & præter naturam.

IN ACADEMIA IVLIA
quondam partim publicè, partim privatim in gratiam ſtudioſæ juventutis propoſitæ,

Iam vero correctiores & emendatiores una cum alijs practicis eiusdem editæ.

AUTORE
GREGOR. HORSTIO D.
& Medico Profeſſore in
Acad. Gieſsena.

Medico Celeberrimo

IACOBO HORTIO,

piæ memoriæ,

Catholicas Diſputationes Medicinales quondam inſtituenti.

IACOBVS HORSTIVS

αναγραμματιζόμενος

CHOUS TIBI SUASOR

Mirum alijs, jam canitie venerabilis H O R T S I,
Inque Machaonia pervigil arte ſenex;
Morborum genus omne tuo quod pellitur almo
Auxilio, ac HorſtI nomine mors trepidat.
Hercle ego perpendam mecum ſi ſingula, fallor?
CHOVS vel SVASOR forte TIBI Hippocrates.
Hippocratis genium te poſtera Secla vocabunt.
HORSTI Saxonibus tu novus Hippocrates.

Michael Neoſtephanus
Roſtochienſis.

Diſputationum Catholicarum Medicinalium prima,

DE COMMVNIBVS rerum omnium Elementis.

Reſpondente

M. JOHANNE VVERNERO, Hannoverano.

THESIS I.

DE præcipuis in Medicina rebus diſputaturi, ſcitiſſimè ac rectiſſime ab ijs, quæ naturæ lege ac ordine primum locum ſibi vendicant, exercitationes noſtras Medicas ordiemur.

2. *Ea autem ſunt Elementa, non quæ ad ſenſum talia videntur: ſed quæ verè & rationis judicio ſimpliciſſima ac prima ſunt, Ignis nimirum, aer, aqua, terra.*

3. *Hæc vero doctrina non eſt adeo manifeſta, ut quivis eam ſine accuratâ inquiſitione intel-*

habet, et in arte Medica inutilis, ut quidam e veteribus falſo aſſeverarunt.

4. Nam etſi aquam, terram & alia Elementa non minus quam panem & carnem quivis noſcat: tamen naturam, vires, ac mirabilem effectus nemo niſi medicus phyſicus ſolide doctus perſpiciet.

5. Nunquam porro rerum conſtitutio, nutritio, generatio, complexio cuiquam innoteſcent, niſi prius Elementorum, e quibus res conflatæ ſunt, cognitionem ſibi acquiſiverit.

6. Addo, quæ ſine Elementorum notitia, nec morbi inveniri, nec intelligi ac dijudicari à quoquam poſſint.

7. Imò ut maximè hæc ſine Elementorum cognitione dari poſſent: non tamen ſine hujus beneficio ſanitas conſervari, nec morborum per rationalem Methodum medela inſtitui poterit.

8. Elementa igitur ϛοιχεῖα dicta græcis, ſemper ad aliquid referuntur, & minimæ eius, cuius Elementa ſunt, partes appellantur, quæ dum in rebus quæ generantur & corrumpuntur, inquiruntur, alia ſenſus judicio videntur, quæ revera Elementa non ſunt, alia reipſa exiſtunt, quæ ſola ratio apprehendit: de quibus hoc tantum agemus loco.

9. Communia rerum omnium Elementa ſunt prima & ſimpliciſſima corpora, e quibus

bus unumquodque primum componitur, & in quod ultimo reſolvitur.

10. *Hinc ergo hæc eliciuntur & efflorescunt conſectaria. 1. Si Elementa primæ ſunt rerum naturalium partes, nullasq; priores eſſe par eſt. 2. Si ſimpliciſſimæ. Ergo immiſtæ, non temperatæ & qualitate ſumma præditæ ſint neceſſe eſt. 3. Si minimæ non ergo ulterius in minutiores particulas dividi ac diſſolvi queunt.*

11. *Vnde erronea prorſus philoſophorum quorundam ſententia, qualitatem alteram in Elementis remiſſam retuſamq; innuens, hoc n ſi ita eſſet, non ſiccitas ſolum, ſed aliqua etiam igni humiditas, quæ ſummam illius qualitatem retunderet, adeſſet: quo dato non ſim pliciſſima & immiſta eſſet ſiccitas. Etenim Galeno lib. 3. de ſim. Med. facul. cap. 14. atteſtante. contrariorum miſturæ qualitatum ſummitates frangunt.*

12. *Rectè quidem Hippoc. ubi calidum, frigidum, humidum & ſiccum Elementa dicit, qualitatem ſummam ijs attribuit & corpora qualitate ſumma prædita abſoluteq; ſic dicta intelligit.*

13. *Hæc ipſa tamen Elementa pura impermiſtaq; ratione potius quàm re ipſa exiſtunt, & potentia non actu in corporibus eſſe dicuntur*

14. *Elementa enim mundi, quæ quam proxime ad iſta accedunt, ad utilitatem animantium permiſta ſunt, quæ ipſa quoque adhuc*

qualitate ſumma prædita dicuntur. Elementorum omnium, quæ in mundo generantur & corrumpuntur reſpectu, & duabus qualitatibus non incommode denominantur, alia propria & excedente abſolute fere ut ignis caliditate, alia remiſſiore, ut idem ſiccitate.

15. Vnum autem non eſt Elementum, ſi enim poteſtate & ſpecie eſſet unum, nihil ex eo generaretur.

16. Deinde ſi homo unum eſſet, neutiquam doleret. At dolet homo. Ergo unum non eſt: neq; enim eſſet unde doleret unum exiſtens, quippe unū non immutatur, cū non ſit ei,a quo nec in quod permutetur: ſi ergo non mutatur, nec patitur: ſi non patitur, doloris expers eſt.

17. Poſtremo: ſi unum exiſtens homo doleret, unus etiam eſſet modus medicationis. Sed non eſt unus modus medicationis. Ergo non unum exiſtens homo dolet.

18. Multa igitur Elementa ſint neceſſe eſt, quæ tamen infinita eſſe non poſſunt, quia calidum, frigidum, humidum & ſiccum per exuperantiam dicimus, cujus generis caro eſt, os, humor, membrana, ptiſana & alia innumera habentur, abſolute quoddam in ſummo gradu, quod finitum [illegible] eſt elementum, aſſerendo.

19. Duo vero Elementa non ſunt: quia ſi terræ aquam permiſceas, nihil præter lutum efficies; legumina autem vel arborum

fructus

fructibus vel corpora animalium haudquaquam luteum exiſtunt, quoniam aërem & ignem unà cum terra & aqua participant. Deinde duo Elementa abſolutè & in ſummo gradu talia & ſibi contraria vel difficulter in ſe coirent, vel nihil perfectæ miſtionis committerent, niſi aliæ contrarietatis mediæ quaſi intervenirent: ut videmus, calidum & frigidum Elementum ſe mutuo ſuſtinere non potuiſſe, niſi humidum nimirum aer, una ex parte, & ſiccum nimirum Terra, altera ex parte interveniſſent.

20. Nec tria ſunt Elementa, quia ſi tria eſſent Elementa, nimirum calidum, frigidum, ſiccum, alterum contrariorum elementorum fruſtrà ſupereſſet, alterum male deeſſet.

21. Quatuor igitur neceſſario Elementa vel plura ſunt conſtituenda: ſed plura quam 4. eſſe non poſſunt: quia effectrices qualitates quatuor tantum exiſtunt, calidum, humidum, frigidum, ſiccum, (cum nimirum album & ſimilia in producenda ſpecie nihil agere queant) & plura quam 4. corpora qualitatibus ſummis prædita, Ignis, Aer, Aqua & Terra, non inveniuntur.

22. Nunc in Elemento, quod quadruplex eſt, tum communia aut omnibus aut ſaltem pluribus, tum etiam ſingulæ ſpecies Elementorum, & quæ ſint, & quæ quaque, ad quid agant, aut

ab alio patiendum comparatam habeat facultatem, conſideranda veniunt, ut eorum non modo cognoſcendorum, ſed etiam recte utendorum in arte Medica artifices, [illegible] idonei eſſe queamus.

23. Communia omnia ſimul Elementis ſunt hæc 1. Vnum agere in alia. 2 Ea eſſe patibilia. 3. Frangere aliorum Elementorum vires. 4. Alterare invicem alterariq;. 5. Si ſummis gradibus excedant, interimere, perdere & prorſus mutare. 6. Si gradibus non adeo diſparibus coeant, ea miſceri poſſe. 7. Miſta elementa in corpus aſſumi. 8. Miſta Elementa nutrire. 9. Eadem in miſtione multis alterationibus intervenientibus generare. 10. Eadem in miſtione & generatione modo ſenſibiles res conſtituere. 11. Eorundem temperatura temperata, vel paululum ſaltem modum excedente recte valere corpora. 12. Eorundem intemperie ægrotare. 13. Eorundem intemperie nimiâ interire corpora. 14. Elementa poſt miſti corporis interitũ ad ſe ipſa redire.

24. Communia duobus tantum Elementis hæc ſunt 1. Ignem & aquam magis activa eſſe: aerem & terram magis paſſiva. 2. Ignem & terram non niſi per miſta & magis alterata in corpus aſſumi: Minus vero aerem & aquam. 3. Ignem & aerem plus ad motum in miſtis, aquam & terram plus ad quie-

tem

tem conſiſtere. 4. Plus melius de terra & aqua participare plantas & animalia, minus de igne & aere. 5. Plus facultatis communicare animalibus ignem & aerem, minus terram & aquam. 6. Ignem & aerem levia eſſe Elementa, Aquam & Terram gravia.

25. Ignis eſt Elementum ſimplex calidum in ſummo gradu ac omnium efficaciſſimum.

26. Ejus vis & facultas per ſe eſt calefacere quam maxime & abſolutè, ideoq; exurere omnia & ſubito conſumere.

27. Ignis porro alijs Elementis temperatus, ita ut reſpectu aliorum omnium in ſummo gradu excedat atq; abſolutè conſideretur, ignis nomen quoq; retinet, elementumq; dicitur, licet non purum ac impermiſtum, cum ex omnib. conſtet: ejus vis eſt non tantùm calefacere in ſummo, ſed etiam exiccare quam proximè, ſcilicet remiſſiore gradu.

28. Ignis vero magis temperatus in miſtis ſive plantis, ſive animalibus, ubi nunquam niſi per exuperantiam dicitur, habet primo facultatem calefaciendi & exiccandi ſecundum magis & minus, unde diverſi ordines calidorum & ſiccorum exiſtunt. Deinde etiam rarefaciendi, ſubtiliandi, fundendi, coquendi, maturandi, foras trahendi, movendi, congregandi homogenea & ſecernendi heterogenea.

29. Aer eſt Elementum ſimplex humidum in ſummo gradu.

30. Ejus vis eſt humectare quam maximè & ita ut ſi purus manſiſſet, omnia aquis unde perdidiſſet.

31. Aer vero mundi univerſi, qui non eſt purum elementum, ſed alijs elementis permiſtum, ita ut rerum omnium reſpectu excedit, aeris nomen non modo retinet, ſed etiam in ſummo gradu humectare dicitur & quam proxime calefacere, ſcilicet in gradu remiſſiore.

32. Aer in igis permiſtus in alijs rebus ubi ſecundum exceſſum tantum dicitur, habet facultatem 1. Humectandi & calefaciendi, deinde emolliendi, rarefaciendi, alleviandi, ſubtiliandi, fluida reddendi, maturandi & efformandi craſſa frigidaq;.

33. Aqua eſt Elementum ſimplex, frigidum in ſummo gradu.

34. Ejus vis eſt refrigerare quam maximè & abſolutè, ita ut ſi purum in mundo manſiſſet, aut ejuſmodi hodie corporibus adhiberetur, refrigerando omnia interimeret.

35. Eſt etiam Aqua univerſi mundi Elementum, ſed non purum, eo quod ex 4. conflata ſit, & reſpectu e in ſummo gradu frigida & quam proxime remiſſiore ſc. gradu humida dicitur.

36. Quemadmodum ſi in alijs miſtis ſecundum exuperantiam invenitur non abſolutè, ſed

ſecundum

[illegible] κατ' [illegible] ὕτι[illegible] [illegible] & intelligitur. Unde decem gradus frigidorum & humidorum exiſtunt. Vis ejus prima eſt refrigerare & humectare. Secunda crudiorem reddere ſubſtantiam, ſeu condenſare, congelare, conglutinare, impinguare, crudiora reddere, coctionem maturationemq; impedire, alia repellere, admotam ſibi pellere intro, interius ſumptam extrudere foras, homogenea & heterrogenea cogere & congregare.

37. Terra eſt Elementum ſimplex ſiccum in ſummo gradu.

38. Ejus vis eſt exiccare in ſummo, & ſi purum adhiberetur, omnia perdere & in pulverem immutare.

39. Terra univerſi mundi etiam elementum eſt, ſed non purum eo, quod ex 4. conſtet, ſed tamen reſpectu aliarum rerum abſolute & in ſummo dicitur exiccare & quam proximè refrigerare.

40. Deniq; Terra vel ſiccum Elementum in alijs miſtis ſecundum exuperantiam ſemper uſurpatur, vel ſecundum magis minusve pro diverſitate graduum in alijs atq; alijs habetur, hujus vis prima eſt exiccare & refrigerare: Secunda aſtringere, retinere, ſtabile quidvis reddere, indurare, maxime reſiſtere

Medico Celeberrimo

IACOBO HORTIO,

piæ memoriæ,

Catholicas Diſputationes Medicinales quondam inſtituenti.

IACOBVS HORSTIVS

αναγραμματιζόμενος

CHOUS TIBI SUASOR

Mirum alijs, jam canitie venerabilis HORTSI,
Inque Machaonia pervigil arte ſenex;
Morborum genus omne tuo quod pellitur almo
Auxilio, ac HorſtI nomine mors trepidat.
Hercle ego perpendam mecum ſi ſingula, fallor?
CHOVS vel SVASOR forte TIBI Hippocrates.
Hippocratis genium te poſtera Secla vocabunt.
HORSTI Saxonibus tu novus Hippocrates.

Michael Neoſtephanus
Roſtochienſis.

Diſputationum Catholicarum Medicinalium prima,

DE COMMVNIBVS rerum omnium Elementis.

Reſpondente

M. JOHANNE VVERNERO, Hannoverano.

THESIS I.

DE præcipuis in Medicina rebus diſputaturi, ſcitiſsimè ac rectiſsime ab ÿs, quæ naturæ lege ac ordine primum locum ſibi vendicant, exercitationes noſtras Medicas ordiemur.

2. *Ea autem ſunt Elementa, non quæ ad ſenſum talia videntur: ſed quæ verè & rationis judicio ſimpliciſſima ac prima ſunt, Ignis nimirum, aer, aqua, terra.*

3. *Hæc vero doctrina non eſt adeo manifeſta, ut quivis eam ſine accuratâ inquiſitione intel-*

ſit, nec in arte Medica inutilis, ut quidam e veteribus falsò aſſeverunt.

4. Nam etſi aquam, terram & alia Elementa non minus quam panem & carnem quivis noſcat: tamen naturam, vires, ac eorundem effectus nemo niſi medicus phyſicus ſolide doctus perſpiciet.

5. Nunquam porro rerum conſtitutio, nutritio, generatio; complexio cuiquam innoteſcent, niſi prius Elementorum, è quibus res conflatæ ſunt, cognitionem ſibi acquiſiverit.

6. Addo, quæ ſine Elementorum notitia, nec morbi inveniri, nec intelligi ac dijudicari à quoquam poſſint.

7. Imò ut maximè hæc ſine Elementorum cognitione dari poſſent: non tamen ſine hujus beneficio ſanitas conſervari, nec morborum per rationalem Methodum medela inſtitui poterit.

8. Elementa igitur ϛοιχεῖα dicta græcis, ſemper ad aliquid referuntur, & minimæ eius, cuius Elementa ſunt, partes appellantur, quæ dum in rebus, quæ generantur & corrumpuntur, inquiruntur, alia ſenſus judicio videntur, quæ revera Elementa non ſunt, alia reipſa exiſtunt, quæ ſola ratio apprehendit: de quibus hoc tantum agemus loco.

9. Communia rerum omnium Elementa ſunt prima & ſimpliciſſima corpora, e quibus

bus unumquodq; primum conſtituitur, & in quod ultimo reſolvitur.

10. Hinc ergo hæc eliciuntur & efflorescunt conſectaria 1. Si Elementa primæ ſunt rerum naturalium partes, nullas ijs priores eſſe par eſt. 2. Si ſimpliciſſimæ. Ergo impermiſtæ, non temperatæ & qualitate ſumma præditæ ſint neceſſe eſt. 3. Si minimæ non ergo ulterius in minutiores particulas dividi ac diſſolvi queũt.

11. Vnde erronea prorſus philoſophorum quorundam ſententia, qualitatem alteram in Elementis remiſſam retuſamq; innuens, hoc n ſi ita eſſet, non ſiccitas ſolum, ſed aliqua etiam igni humiditas, quæ ſummam illius qualitatem retunderet, adeſſet: quo dato non ſimpliciſsima & immiſta eſſet ſiccitas. Etenim Galeno lib. 3. de ſim. Med. facul. cap. 14. atteſtante. contrariorum miſturæ qualitatum ſummitates frangunt.

12. Rectè quidem Hippoc. ubi calidum, frigidum, humidum & ſiccum Elementa dicit, qualitatem ſummam ijs attribuit & corpora qualitate ſumma prædita abſoluteq; ſic dicta intelligit.

13. Hæc ipſa tamen Elementa pura impermiſtaq; ratione. potius quàm reipſa exiſtunt, & potentia non actu in corporibus eſſe dicũtur

14. Elementa enim mundi, quæ quam proximè ad iſta accedunt, ad utilitatẽ animantium permiſta ſunt, quæ ipſa quoque adhuc

qualitate ſumma prædita [illegible]
[illegible], quæ in mundo genita [illegible] percipiuntur reſpectu, & duabus qualitatibus [illegible] incommode denominantur, alia præcipua & excedente abſolute fere ut ignis caliditate, alia remiſsiore, ut idem ſiccitate.

15. Vnum autem non eſt Elementum; ſi enim poteſtate & ſpecie eſſet unum, nihil ex eo generaretur.

16. Deinde ſi homo unum eſſet, neutiquam doleret. At dolet homo. Ergo unum non eſt: neq; enim eſſet unde doleret unum exiſtens, quippe unũ non immutatur, cũ non ſit ei, a quo nec in quod permutetur: ſi ergo non mutatur, nec patitur. ſi non patitur, doloris expers eſt.

17. Poſtremo. ſi unum exiſtens homo doleret, unus etiam eſſet modus medicationis. Sed non eſt unus modus medicationis. Ergo non unum exiſtens homo dolet.

18. Multa igitur Elementa ſint neceſſe eſt, quæ tamen infinita eſſe non poſſunt, quia calidum, frigidum, humidum & ſiccum per exuperantiam dicimus, cujus generis caro eſt, os, humor, membrana, ptiſana & alia innumera habentur, abſolute quoddam in ſummo gradu, quod finitum omnino eſt elementum, aſſerendo.

19. Duo vero Elementa non ſunt: quia ſi terræ aquam permiſceas, nihil præter lutum efficies: legumina autem vel arborum

fructus

Fontes vel corpora animalium haudquaquam ſimul exiſtunt, quoniam aerem & ignem una cum terra & aqua participant. Deinde duo Elementa abſolutè & in ſummo gradu talia & ſibi contraria vel difficulter in ſe coirent, vel nihil perfectæ mixtionis committerent, niſi aliæ contrarietates mediæ quaſi interveniſſent: ut videmus, calidum & frigidum Elementum ſe mutuo ſuſtinere non potuiſſe, niſi humidum nimirum aer, una ex parte, & ſiccum nimirum Terra, altera ex parte interveniſſent.

20. *Nec tria ſunt Elementa, quia ſi tria eſſent Elementa, nimirum calidum, frigidum, ſiccum, alterum contrariorum elementorum fruſtrà团 ſupereſſet, alterum male deeſſet.*

21. *Quatuor igitur neceſſario Elementa vel plura ſunt conſtituenda: ſed plura quam 4. eſſe non poſſunt: quia effectrices qualitates quatuor tantum exiſtunt, calidum, humidum, frigidum, ſiccum, (cum nimirum album & ſimilia in producenda ſpecie nihil agere queant) & plura quam 4. corpora qualitatibus ſummis prædita, Ignis, Aer, Aqua & Terra, non inveniuntur.*

2. *Nunc in Elemento, quod quadruplex eſt, tum communia aut omnibus aut ſaltem pluribus, tum etiam ſingulæ ſpecies Elementorum, quæ ſint, & quâ qua re, ad quid agendum aut*

 ab alio

ab alio patiendum comparatam habeat facultatem, conſideranda veniunt, ut eorum non modo cognoſcendorum, ſed etiam [illegible] e ntendorum in arte Medica artifices, y ʒ idonei eſſe queamus.

23. Communia omnia ſimul Elementis ſunt hæc 1. Vnum agere in alia. 2 Ea eſſe patibilia. 3. Frangere aliorum Elementorum vires. 4. Alterare invicem alterarique. 5. Si ſummis gradibus excedant, interimere, perdere & prorſus mutare. 6. Si gradibus non adeo diſparibus coeant, ea miſceri poſſe. 7. Miſta elementa in corpus aſſumi. 8. Miſta Elementa nutrire. 9. Eadem in miſtione multis alterationibus intervenientibus generare. 10. Eadem in miſtione & generatione modo ſenſibiles res conſtituere. 11. Eorundem temperatura temperata, vel paululum ſaltem modum excedente recte valere corpora. 12. Eorundem intemperie ægrotare. 13. Eorundem intemperie nimia interire corpora. 14. Elementa poſt miſti corporis interitū ad ſe ipſa redire.

24. Communia duobus tantum Elementis hæc ſunt 1. Ignem & aquam magis activa eſſe: aerem & terram magis paſſiva. 2. Ignem & terram non niſi per miſta & magis alterata in corpus aſſumi: Minus vero aerem & aquam. 3. Ignem & aerem plus ad motum in miſtis, aquam & terram plus ad quie-

tem

[illegible] 4. Plus multo de terra & aqua participare plantas & animalia, minus de igne & aere. 5. Plus familiaritatis communicare animalibus ignem & aerem, minus terram & aquam. 6. Ignem & aerem levia eſſe Elementa, Aquam & Terram gravia.

25. Ignis eſt Elementum ſimplex calidum in ſummo gradu ac omnium efficaciſſimum.

26. Ejus vis & facultas per ſe eſt calefacere quam maxime & abſolute, ideoq; exurere omnia & ſubitò conſumere.

27. Ignis porro aliis Elementis temperatus, ita ut reſpectu aliorum omnium in ſummo gradu excedat atq; abſolutè conſideretur, ignis nomen quoq; retinet, elementumq; dicitur, licet non purum ac impermiſtum, cum ex omnib conſtet: ejus vis eſt non tantùm calefacere in ſummo, ſed etiam exiccare quam proxime, ſcilicet remiſſiore gradu.

28. Ignis vero magis temperatus in miſtis ſive plantis, ſive animalibus, ubi nunquam niſi per exuperantiam dicitur, habet primo facultatem calefaciendi & exiccandi ſecundum magis & minus, unde diverſi ordines calidorum & ſiccorum exiſtunt. Deinde etiam rarefaciendi, ſubtiliandi, fundendi, coquendi, maturandi, foras trahendi, movendi, congregandi homogenea & ſecernendi heterogenea.

29. Aer eſt Elementum ſimplex humidum in ſummo gradu.

ſ[illegible] & [illegible] gradus frigidorum & humidorum [illegible]. Vis ejus prima eſt [illegible] humectare. Secunda [illegible] reddere ſubſtantiam, ſeu condenſare, coagulare, [illegible], [illegible], [illegible] reddere, [illegible] [illegible]dire, alia repellere, [illegible] intro, [illegible] ſumpt[illegible] [illegible], homogenea & heterrogenea [illegible] & congregare.

37. Terra eſt Elementum ſimplex ſiccum in ſummo gradu.

38. Ejus vis eſt exiccare in ſummo, & ſi purum adhiberetur, omnia perdere & in pulverem immutare.

39. Terra univerſi mundi etiam elementum eſt, ſed non purum eo, quod ex 4. conſtet, ſed tamen reſpectu altarum rerum abſolute & in ſummo dicitur exiccare & quam proxime refrigerare.

40. Denique Terra vel ſiccum Elementum in alijs miſtis ſecundum exuperantiam ſemper uſurpatur, vel ſecundum [illegible] pro diverſitate graduum in alys atque alys habetur. hujus vis prima eſt exiccare & refrigerare: Secunda aſtringere, retinere, ſtabile quid- vis reddere, indurare, maxime reſiſtere

[illegible], eliquata, quatenus Medici profeſſioni ſunt, propoſuiſſe, [illegible] & diſputaſſe; quæ ulterius, quam par eſt Medico [illegible], [illegible] dici poſſent, hæc ſunt. 1. Cauſa generationis Elementorum & ſui principiis. 2. Materia prima omnium ſubjecta. 3. Forma vel occulta vel ſenſibilis ſcilicet qualitates. 4. Privatio, qua in aliud tranſmutantur.

[illegible] Deinde an Elementa temperentur ſecundum qualitates vel ſubſtantias. 3. an Elementorum ſubſtantiæ integræ maneant vel etiam in ſeſe coeant. 4. Cur ignis urat, aqua refrigeret etc. Quæ cum teſte Galeno nihil ad morborum curationes conferant, nos cum Hipp. & Galeno nihil de his pronunciare conſtituimus.

Diſputationum Medicinalium Catholicarum ſecunda.

DE TEMPERAMENTIS, VULGO COMPLEXIONIBUS DICTIS.

Reſpondente

M. JOHANNE POSSELIO Juniore, Roſtochienſi.

THESIS I.

Complexio vocabulum ſatis barbarum à latinis Temperamentum vel etiam temperatura, a Græcis κρᾶσις appellatur, quod multa, quæ miſcentur inter ſeſe, quaſi temperentur & in unum harmonia quadam conveniant, ut vel calidum, vel frigidum, vel humidum, vel ſiccum, vel tale aliquid ſint, dicantur.

2. *Sed vocabulorum horum Homonymia multiplex eſt, & multos feſellit. Nam quidvis horum aliàs de ſummo gradu, aliàs de eo quod per exuperantiam, accipitur.*

3. *Calidum, frigidum, humidum & ſiccum de ſummo gradu, idq; abſolute dicitur ſim-*

[illegible] ut cum ca-[illegible] [illegible] licet.

4. [illegible], frigidum & ſiccum per comparationem dictum à præpollentis in mixto [illegible] denominatur. Ut calidum tanquam largius calidum, eſt ſanguis. Frigidum tanquam magis frigidum, eſt phlegma.

5. Sed & [illegible] ſic omnibus multæ differentiæ ſunt, quas niſi quis ſubinde diſtinguat, temperamentorum vel complexionum differentias confundet: nec ſe, nec alios autores rectè explicabit.

6. Nam omnis complexio ut ut à præpollente qualitate in miſtura rectè denominatur, tamen aliàs abſolutè, aliàs ad aliud comparata dicitur. Abſolutè quidem minimè alicui privatim collata, ſed pro ratione qualitatum quæ excedunt in miſto: Sic pili & oſſa ſicca ſunt, roſa calida. Ad aliud comparata, ſcilicet ad corpus humanum, ſic Roſa frigida exiſtit.

7. Rurſus complexio comparata alicui alteri variis modis accipitur. Una ratio eſt, ſi ſymmetro h. e. medio alicui comparatur, quia omne quod ſupra mediocre eſt, calidum, frigidum, humidum & ſiccum dicitur. Altera ſi ad rem quamvis conferatur.

8. Complexio ſi ſymmetro vel medio conferatur, & in genere, & in ſpecie alteri comparatur. In genere ubi omnia animalia inter ſeſe

conferuntur, ut equus, bos, canis, homo: qua ratione mediæ complexionis est homo, equus verò humidior, canis ſiccior. In ſpecie etiam ſi multi homines inter ſe comparentur, hac ratione mediæ complexionis est homo εὔσαρκος, ſupra hunc calidus & ſiccus, Vulgo cholericus dictus, & calidus humidusq; ſanguineus.

9. Complexio collata ad quamvis rem, omnes ſere appellationes, ideoq; ſæpe etiam contrarias ſortitur. Vt vinum rubrum, craſſum, ad hominem collatum, eſt calidum. Rurſus ad vinum flavum frigidum exiſtit.

10. Quinetiam ex animantibus ipſis, inter ſe ſpeciatim collatis, canis quidem eſt ſiccior, homo autem humidior. At ſi formicæ vel api ipſum canem compares, illas ſicciores, hunc humidiorem invenies.

11. Complexionem igitur cuiq; rei in mundo quis aſſignaturus, ſecum prius diſtinguat, quomodo rem ipſam accipiat: Nam miſta omnia philoſophi ferè abſolutè, medici verò collatione aliquando ad generis, vel ſpeciei ſymmetron, ut in corporibus hominū ad εὔκρατον, aliquando ad corpus humanum, vt in herbarū, aliarumq́; materiarum medicarum temperamentis conſiderant.

12. Temperamentum igitur eſt proportio quatuor qualitatum in miſtis, quæ è miſtione quatuor elementorum multis alterationibus tota per tota temperatorum provenit.

13. Horum temperamentorum differentias duas tantum, unum calidi & ſicci, alterum frigidi & humidi ſtatuebant ex veteribus illi qui negabant poſſe humiditatem cum abundante calore conſiſtere, quod abſumeretur: ad hoc illa: Nec cum frigiditate ſiccitatem, quod ubi imbecillior calor, ibi plura incocta humidioraq́; remanerent.

14. Sed his & ratio & experientia repugnat Ratio n. docet ignem exiccare, non ratione caloris ſed ſiccitatis, ideoq; calidum & humidum quid eſſe poſſe. Deinde, quia omnis alteratio ex contrarijs in contraria fit, omnia autē mutatur, neceſſario temperamenta calidum & humidum, calidum & ſiccum, frigidum & humidum frigidum & ſiccum exiſtere: Cui experientia atteſtatur, quia multa calida & humida ſunt. Vt balnea calida dulcium aquarum, & in animalis ortu caloris humorisq́; copia in idem coeunt.

15. Temperamenta igitur plura quam duo exiſtant neceſſe eſt. Sed quatuor tantū pleriq; ex veterib. cōcedebāt, quia cū ſint quatuor qualitates, calidum, humidum, frigidum & ſiccum atq; duæ oppoſitiones impoßibiles, una frigidum & calidum, altera humidum & ſiccum, reſtarent quatuor combinationes temperamentorum. 1. Calidum & humidum. 2. Calidum & ſiccum. 3. Frigidum & humidum. 4. Frigidum & ſiccum.

16. Sed

16. Sed ut medium [illegible] elevationes [illegible] tur: ita nondum [illegible] medium [illegible] multa prætermiſerint, cum plura temperamenta quam quatuor ſint.

17. Nam unum & primum temperamentũ ſupra iſta quatuor antè dicta, eſt temperatum, quaſi medium, ſupra quod aliæ complexiones Calidæ, humidæ, frigidæ & ſiccæ exiſtunt, quod in hoc neq; calidum, neq; frigidum, neq; humidũ, neq; ſiccũ præpollcat, ut in antè dictu.

18. Atq; hæc complexio temperata, alia iterũ eſt abſolutè, ratione vniverſæ ſubſtantiæ in mundo, & temperata ad pondus appellatur. Alia prout cujusq; ſpeciei convenit, & temperata ad juſtitiam denominatur.

19. Illa quæ ad pondus, eſt temperamentum, quod e contrariys, æqua prorſus inter ſe portione coeuntibus elementis conſtat, & elementorum portionis æqualitate indicatur, ut cutis temperati hominis in vola manus, vel in ſummitate indicis quoammodo habetur, licet exacte non exiſtat.

20. Hæc ad iuſtitiam, eſt temperamentum temperatum cujusuis generis & ſpeciei, quod conſiſtit in ea quatuor qualitatum mediocritate, quæ animalis vel ſtirpis naturæ maximè convenit & actionis perfectione iudicatur.

ſtri, inprimisq; partium conſimilium comple-
tur & conſervatur.

62. Ejus propria ſunt. 1. Conſtituere membra
biliosa & tenuia. 2. nutrire eadem. 3. Diſſipa-
re penetrare, & aperire meatus. 4. Inducere
corporis habitum gracilem & macilentum. 5.
Colorem flavum, ſubfuſcum, vel nigrum im-
pertire. 6. Ingenium mobile, acutum & indu-
ſtrium efficere. 7. mores animi iracundos, in
ſervore vehementes, & inconſtantes formare.

63. Melancholicus humor μελαγχολικὸς
χυμὸς impropriè atra bilis dictus, eſt humor in
maſſa ſanguinea frigidus & ſiccus, colore ni-
gricans, ſapore acerbus, conſiſtentia craſſus, ſub-
ſtantiam partium in primis terreſtrium com-
plens & conſervans.

64. [illegible] propria ſunt. 1. Conſtituere [illegible]

[illegible] 2. Alere eadem ad finem uſq; vitæ. 3. Indere [illegible] corporis maſſulentum & durum. 4. Colorem modò album, modo nigricantem efficere. 5. Spiritus animales conſtantiores gignere. 6. Ingenium ſubtile, induſtrium, & coſtans proferre. 7. Mores graves, coſtantes, & ſæpe etiam pertinaces formare.

65. Nec dubium est, humores hoſce quatuor ita inter ſe contemperari, ut etiam, cum ſe ſecundum naturam habent, de quibus hic tantum, duo vel plures aliquando excedant, ſed quia de elementis ſecundis adeo exacta doctrina inſtitui nequeat, in hiſce acquieſcit Medicus.

66. Quarti generis elementa ſecunda ſunt partes corporis noſtri Græcis ὁμοιομερῆ *Latinis ſimilares dictæ vel minimæ ad ſensū, vel elementa maxime propria hominis, quod hæ, dū conſtituunt inſtrumentarias vel diſſimilares partes, ex quibus rurſus integrū corpus compoſitū eſt, materiæ loco ſe habeant, vel quia etiam alia animalia iſtas aut planè non partiunt aut ſaltem non omnino ſimiles.*

67. Sed cùm partis vocabulum bifariam uſurpetur. 1. generaliter pro eo quicquid in corpore continetur. 2. Proprie cum eſt corpori toti cohærens, communiquè vita coniunctum, & ad illius functionem uſumue comparatum, partes ſimilares in hoc ſecundo ſignificato accipiuntur, nec aliæ niſi primæ, & ad

ſenſum

ſenſum ſimplices, ab Hippocrate [illegible] continentia dicta.

68. Sunt enim partes ſimilares, [illegible] tum ſibi mutuo, tum toti ſimiles partes habent.

69. Numerantur autem merito [illegible] os, cartilago, nervus, tendo, ligamentum, arteria, vena, membrana, caro.

70. Etſi enim multæ earum ſunt diviſiones apud autores, ſicut in ijs, quæ ſenſus [illegible] tales exiſtunt, fieri ſolet, tamen hæ ſunt præcipuæ, inter quas rurſus aliæ magis propriè ſimilares dici poſſunt, ut os, ligamentum, tendo, quod in partes alterius ſpeciei dividi non poſſint: aliæ non prorſus eiuſdem ſpeciei ſunt, ut vena, arteria.

71. At [illegible] hæc elementorum ſecundorum ultima exiſtunt, ſi corpus humanum reſolveris in ſuas partes, caput, pectus, ventrem, artus, & [illegible] harum rurſus in alias, donec devenies [illegible] ad ſimilares particulas, quæ rurſus conſtant [illegible] humoribus, Spiritibus, & calido [illegible], ut in prima formatione fœtus in ſemine & ſanguine menſtruo plenis bullis videre licet.

72. Sunt autem præterea etiam quæſtiones de hiſce quatuor generibus elementorum ſecundorum, [illegible] de natura [illegible] occulta ſubſtantia vel qualitate [illegible] occulta ſubſtantia vel qualitate ſi-

[illegible]

[illegible] partium, 4. cur color ſanguinis ſit ruber, pituitæ albus &c. 5. Exacta anatome, [illegible] ſedes in poſtremo ventriculo cerebri, an alibi exiſtat: 6. De complexione ex mixtione plurium humorum: 7. De animæ ſubſtantia, & ſimilia, quæ, quia nullum pondus, teſte Galeno, in medicina rationali ſunt, conſulto à nobis omittuntur.

Diſputationum Medicinalium Catholicarum Quarta.

DE CORPORE HOMINIS EJUSQUE PARTIBUS & FACULTATIBUS,

Reſpondente

JACOBO BONINGO Goslarienſi.

THESIS I.

Corpus hominis inter omnia, quæ ſunt ſupra terram, à Galeno merito dicitur divinum, quod & animam habeat rationalem, & optime ad animæ facultates eſt comparatum.

2. Sed quia Medico potiſſimum ſubiectum quidem venit, quatenus ad morborum curationem confert. Corpus hominis non eſt ſubiectum medicinæ, niſi quatenus ſanabile exiſtit.

3. Atq; hoc modo dictum iterum bifariam accipitur: Aliàs de materia omni, in qua ſanitas advenit, nimirum & de ea, quæ ſubiacet ſanitati morbisq; & de ipſis diſpoſitionibus quæ ſubiecto inſunt, qua ratione φυσιολογία atq; παθολογία medicam ſimul comprehendit. Aliàs de natura eius, quæ diſpoſitionibus ſubiacet tantum, qua ratione φυσιολογίαν ſolam eius doctrina conſtituit.

4. De quorum hoc Medici ſæpius. & nos hoc in loco φυσιολογικὴν notitiam corporis noſtri propoſituri tantum diſputamus. De illo verò Galenus in libro de arte parva, & ſecundo de criſibus docet, ubi ſermonem de febribus ad primam materiam artificis medici, ſcilicet corpora hominum pertinere ſcribit.

5. Corpus igitur hominis eſt, quod animam habet rationalem & triplici compoſitione partium, una ſimilarium ex elementis: Altera inſtrumentalium ex ſimilaribus. Tertia totius corporis conſtare ex ipſis inſtrumentalibus ita conſtat, ut ſit organum actionum hominis [illegible] quamdiu vivat.

6. Nam corpus noſtrum conſtat ex partibus [illegible]

lus, inteſtina, epar, veſica fellis, lien, renes, ureteres, veſica & membra genitalia. Alius medius venter, ut diaphragma, pleura, pulmo, pericardium, aſpera arteria, cor. Alius ſupremus ventris, ut cerebrum anterius, idq; duplex, dextrum & ſiniſtrum, & cerebellum. Quas ſi iterum in alias atq; alias reſolvas, ad primas & ſimilares, de quibus antea, pervenire licet.

7. Neq; corporis eiusq; partium admirandâ architectura, quam Anatome nunquam ſatis laudata docet, medico ſufficit, niſi quomodo omnes corporis partes, ſive parvæ ſive magnæ fuerint, in unam totius organi actionem conſpirent, probe noverit.

8. Nam in totius corporis ex membris compagine, quam ὁλομελίην Hippocrates vocat, omnia compatiuntur & conſentiunt, dum minores & inſtrumentariæ partis particulæ, dictæ ſimilares, ad totius organi actionem referantur, una ex illis, quæ diſſimilarem partem conſtituit, cauſſa præcipua actionis exiſtat, reliquæ uſum præbeant, omnes ſimul actionem perfectam membri edant, maiores verò & totius corporis partes, ut caput, thorax, venter, manus & pedes, gratia actionum totius hominis factæ ſint, ad hasque aliæ conſpirent.

9. Quicunq; igitur ratione corpus noſtrum curaturus eſt, is cauſſas tum actionum noſtrarum ſecundum naturam, tum affectionum

præter

præter naturam ut has tollere, ipſos ſanare queat, cognoviſſe debet. Deinde modum quoque, ſecundum quem actio fiat, & loca in quibus, & inſtrumenta, per quæ.

10. Actionis enim modus cognitus ſtrenuiores ad medelas nos reddit, loca ſunt ne illæſis particulis fruſtrà tanquam affectis moleſti ſimus, neve affectas tanquam ſanas negligamus. Inſtrumenta propria propriam ac ſuam cuiusque oſtendunt curationem.

11. Cauſſæ autem in actionibus hominis rationem obtinent, tum ipſæ quæ in nobis ſunt facultates, tum etiam proprietas temperamenti cuiusque partis corporis, à qua facultates proficiſcuntur. De quarum hac anteà dictum eſt, locorum vero & inſtrumentorum rationem habent partes corporis propriè ſic dictæ.

12. Inſtrumentum enim hoc in loco eſt pars corporis, quæ actionem perfectam edit.

13. Inſtrumentum aliud eſt primum, aliud ſecundum.

14. Inſtrumentum primum eſt, quod ex ſimilaribus partibus coaleſcentibus, unius operationis gratia eſt conſtitutum, ut muſculus, vena & arteria.

15. Inſtrumentum ſecundum eſt, quod ex antecedentibus eſt compoſitum, & vel uni toti inſtrumenti actioni quam maximè inſervit, vel plures etiam actiones edit, ut digitus, manus

& ſi-

& ſimilia, quorum alia quoq; tertÿ vel etiam quarti generis inſtrumenta dicuntur.

16. Deinde inſtrumenta hæc corporis alia ſunt communia omnibus partibus totius corporis, ut nervi, venæ & arteriæ, alia propria & innata ſuæ cujuſq; parti.

17. Partes vero corporis aliæ ſunt principales, ut epar, cor & cerebrum, aliæ minus principales, ut cæteræ omnes.

18. Minus principales aliæ ab ÿs ortum habent atq; illis miniſtrant, nervi quidem cerebro, cordi arteriæ, epati venæ: Aliæ à ſeipſis gubernantur, nec aliÿs ſerviunt, cartilago, ligamentum, os, membrana; Aliæ cum unà cum iſtis habeant à ſeipſis regimen, arterÿs, nervis & venis inſuper eguerunt, ut ventriculus, lien, & ſimiles.

19. Facultas corporis aliÿs natura, aliÿs anima, aliÿs potius animæ potētia; Græcis δύναμις *dicitur.*

20. Facultas medicis eſt cauſſa à qua procedit actio, in proprietate temperamenti ſita.

21. Sunt autem tres animal gubernātes facultates, diverſi inter ſe generis, & ſedibꝰ diſcluſæ, totiq; corpori ex ſuo quodā veluti fōte quaq; diſtributa, naturalis ſcilicet, vitalis & animalis.

22. Naturalis facultas eſt, quæ generando, nutriendo augendoq; corpori præeſt.

23. Generatrix eſt vis quæ ex ſemine & ſanguine

menſtruo alterum ſubſtantiam similem ſibi ei producit & commune efformat.

24. Ejus iterum duæ ſunt facultates ſubminiſtrantes, una alteratrix, altera ſanguificatrix.

25. Auctrix eſt quæ corpus ad conſiſtentiam quandam à natura tempus quoque certum propria forma & continuitate ſervata, porrigit & profert.

26. Auctrici facultati miniſtrant alteratrix & nutrix.

27. Nutrix facultas θρεπτικὴ *&* ἀμοιωτικὴ *dicta eſt, quæ aſſumptum alimentum in corporis ſubſtantiam convertit & aſſimilat.*

28. Nutricis ſunt miniſtræ auxiliariæ quatuor. 1. attractrix. 2. retentrix 3. alteratrix ſeu concoctrix. 4. expultrix.

29 Attractrix ἑλκτικὴ *dicta eſt, quæ convenientem particulæ ſuccum appetit & attrahit.*

30. Retentrix facultas Græcis καθεκτικὴ *vocata eſt, quæ attractum ſuccum eo uſque retinet, donec alteratrix eum in naturam partis quæ nutritur immutaverit.*

31. Alteratrix vel concoctrix facultas Græcis ἀλλοιωτικὴ *eſt, quæ id quod attractum eſt, alterat, immutat, concoquit, et utile parti quæ alitur, apponit & aſſimilat.*

32. Expultrix facultas Græcis ἐκκριτικὴ *eſt quæ excernit ea, quæ perfectè mutari non poſſunt, atque ſegregat inutilia, eaque tanquam excrementa*

crementa ex corpore expellit, ne ſi moram diutius in corpore trahant, corpori noxam inferant.

33. Vitalis facultas eſt vis quæ vitam conſervat& animum homini addit.

34. Hæc iterum duplex eſt, una gignendi ſpiritus, altera ciendi affectus.

35. Animalis facultas eſt, quæ in corpore non ſolum ſenſuum omnium& motus, ſed etiam intellectus cauſſa à medico habetur.

36. Itaq; alia eſt ſentiens, alia movens, alia princeps.

37. Sentiens alia iterum exterior, alia interior, quæ unà cum intelligente in hac vita hominis conjuncta, à Galeno princeps appellatur.

38. Sentientis exterioris facultates ſunt: 1. videndi: 2. audiendi: 3 odorandi. 4. guſtandi. 5. tangendi.

39. Movens facultas eſt, quæ motum corpori quo locum mutare poſſit, affert.

40. Princeps facultas triplex eſt: 1. Imaginatrix: 2. Ratiocinatrix: 3. Memoratrix.

41. Imaginatrix eſt facultas, quæ imagines ab exterioribus ſenſibus oblatas apprehendit,& ſingularum objecta diſcernit.

42. Ratiocinatrix facultas eſt, quæ ſpecies & imagines ſub ſenſum & judicium revocat, ac quæ qualeſque illæ ſint, judicat, adeoque ratiocinatur, aliud ab alio eliciens, componit deniq; & dividit.

43. Memoratrix facultas eſt quæ quæ à prioribus eſt recepta & elaborata [illegible] fideliſſima tutrix conſervat & retinet, & quod firma contentione ſervavit, in uſus ſuos expromit, cum cæteræ jam ceſſant.

44. Differunt quoq; facultates [illegible], ſedibus & organis hoc modo. Naturalis facultas etſi inſita eſt ſingulis membris, tamen [illegible] quadam ratione ab epate in omnia membra corporis influit, earumq; vires naturales [illegible] & perficitur tum calore nativo, tum etiam ſpiritu naturali.

45. Vitalis facultas oritur ex corde & influit ſingulis membris per arterias atq; perficitur ſpiritu vitali.

46. Animalis facultas ſedem habet in cerebro, & quatenus eſt vel movens vel ſenſitiva, exterior influit in omnes partes quæ moventur vel ſentiunt per nervos. Quatenus vero princeps in ipſa ſubſtantia cerebri, inprimisq; in poſtremo ventriculo eius, actiones exercet, atque perficitur ſpiritu animali.

47. De actionibus quæ immediate à facultatibus & rurſus a temperamentis mediante facultate proficiſcuntur, earumq; modo ſatis admirando quam proximè diſputabitur.

48. Multa autem digna ſcitu alia in hac doctrina de corpore eiusq; partibus & facultatibus conſulto hic omittuntur, quod ad curationem morborum non faciunt, veluti doctrina

de animæ eſſentia eiusq; potentiis, inprimusque iis quas anima etiam ſeparata à corpore retinet, non etiam de ſede rationis & memoriæ exactiori, in quanam particula cerebri exiſtat, teſte Galeno tertio de locis affectis.

Diſputationum Medicinalium Catholicarum Quinta.

DE ACTIONIBVS corporis humani atque partium eius, & modo, ſecundum quem illæ fiant,

Reſpondente

M. CORNELIO BOKELIO Friſio.

THESIS I.

Actio Græcis ἐνεργεία, relativè πρὸς τὸ δύναμει εἶναι, id eſt, ad id quod poteſtate tale eſt, ſonat, & dicitur motus agentis, unde actio corporis vel partium eius motus activus, qui à corpore vel partibus eius editur, nominatur.

2. Sed aliàs quoq; actio quædam dici ſolet opus quoddam naturæ, ut concoctio & ſimiles, ſed tamen nō econtra opus actionem appellare licet, quod in fieri eſſentiam ſuam habet. Quemadmodum enim actio dicitur, cum fit, ita cum facta jam eſt, non actio ἐνέργεια, ſed opus ἔργον, ut caro, nervus exiſtit.

3. Actio quidem & uſus multis idem ſonare videtur, quod partis ejus cujus actio eſt, idem uſus ſæpe exiſtat, ut oculi actio eſt viſio, nec uſus alius datur: ſed differt, quod actio ſit motus activus, uſus vero εὐχρηςία ad agendum aptitudo.

4. Actio enim corporis vel partium ejus eſt motus activus à facultate procedens, qui opus complet.

5. Actiones v ſimplices tot ſunt Medico, quot facultates, ſive principales ſive minus principales ſpectes, ut cuivis ex numero earum facile conſtent.

6. Actiones vero mixtæ à duabus facultatibus ſæpe proficiſcuntur, ut cibi deglutitio, urinæ excretio & ſimiles, quæ partim ad animalem facultatem, partim ad naturalem referri opus eſt.

7. Habet quoq; omnis actio in corpore noſtro partem per quam perficitur, nec pars ulla eſt in animantis corpore, quæ careat ſua actione, unde partes corporis inſtrumenta quoque dictæ ſunt.

8. Prima-

8. Primariæ actiones edunt corpora ſimilaria, ſecundariæ organicæ partes, atq; utræq; a proba & naturali temperie integræ & inculpatæ, quarum est ſanitas; ab intemperie nimium exiſtente vitioſæ aut ægræ, quarum neutra vel ægra diſpoſitio eſt, perficiuntur.

9. Etſi vero multæ ſunt actiones hominis: tamen omnes ſuo modo agunt, nec una alteri obſtat, ſi corpus ſecundum naturam ſe habeat.

10 Modus igitur actionum tum generalis tum etiam particularis variarum partium medico accurate cognoſcendus eſt.

11. Modus generalis omnium actionum ita ſe habet, ut facultas, quæ ſequitur cujusq; temperamentum partis, cieat actionem ſuæ facultatis & una actio alteri miniſtret donec omnes principaliſſimis actionibus ſerviant.

12. Modus actionum peculiaris pro diverſitate partium mirificè variat, quod doctrina de uſu partium docet, principalium verò actionum hæc eſt ratio.

13. Naturalis actionis modus propriè natura noſtri corporis dicitur, atq; cum ſtirpibus, quæ vivunt & nutrimentum trahunt, augentur & creſcunt, imo etiam ſibi ſimile gignunt, quodam modo convenit, nam proficiſcitur a facultate naturali, partim inſita ſingulis membris, partim influenti ab Epate *per venas, & utitur proprio ſuo inſtrumento & calore nativo & ſpiritu naturali.*

14. Generatio totius corporis noſtri fit à commiſto utriuſq; parentis ſemine [illegible] ne. & paulo poſt aſſiſtente ſanguine [illegible] in utero matris, uterivis ſeminis & ſanguinis menſtrui vim exuitur & ad actum [illegible] nec tota forma hominis perficiatur, tum alterando tum membris formandis, ac demum fœtus grandior factus & copioſius nutrimentum appetens in lucem editur.

15. Alteratio in generatione ſemen & ſanguinem menſtruum non ſolum in primis qualitatibus, verum etiam in ſecundis mutat & alterat, ut ex eis os, nervus & aliæ partes ſimilares fiant, unde non incommode tot alterationis ſpecies, quot ſimilares partes quondam dictæ ſunt.

16. Formatio fœtus in utero matris, tum alteratis formam proprijs uſibus idoneam confert, & figuram, ſitum, compoſitionem atque conſtitutionem, tum in toto tum in qualibet parte, efficit.

17. Modus auctionis fit, cum quod à generatrice facultate profectum eſt, vi [illegible] & beneficio caloris innati in longum, latum & profundum dilatatur & ampliatur.

18. Nutritio fit cum id quod perpetuo fluxu ſubſtantiæ in corpore noſtro diſſipatur, reſtituitur, ubi neceſſe eſt alimentum aſſumptum non tantum multis alterationibus mutari, ſed etiã illi, quod deſſuxit, ſuccedere atq; aſſimilari.

19. Attractio

19. Attractio fit duobus modis: vel vi inſita vel fibrarum rectarum ope, cum corpore noſtro continue diſſoluta membra a venis ad ea quod effluxit reſtituendum, humorem petunt, venæ rurſus ab Epate & meſeraicis, hæ vero chylum à ventriculo & inteſtinis, unde ventriculus ſugitur & a ſenſibili ſenſu fames excitatur.

20. Retentio fit aut vi inſita, aut fibrarum obliquarum ope, cum aſſumptum alimentum membra ſingula complectuntur & continent donec vel abſolvatur concoctio vel excrementum moleſtet.

21. Concoctio fit cum alimentum à nativo calore in aliam ſubſtantiam perfecte mutatur, qua de cauſa non ubiq; coquitur, ſed tantum in ijs locis in quibus diutius ſubſiſtit & perfectam mutationem ſuſcipit, nimirum in tribus, ventriculo, Epate & ſingulis partibus, unde triplex à medicis ſtatuitur concoctio.

22. Prima concoctio præparatur quidem in ore atq; gula & abſolvitur in inteſtinis, ſed vera fit in ventriculo beneficio caloris, innati ſpiritus atq; vi inſita, dum temporis ſpatio cibum in chylum perfecte mutat atq; Ariſtoteli ἕψησις medicis vero χύλωσις dicitur.

23. Secunda concoctio præparatur quidem in meſeraicis venis, cum chylus in inteſtina delapſus vi attractiva Epatis atque venarum fertur ad Epar per venas meſeraicas & abſolvi-

tur in cava vena, ſed vera fit in [illegible] ſub-ſtantia & perficitur tum calore innato, tum ſpiritu naturali & ingenita vi, [illegible] perfecte mutatur in ſanguinem, unde [illegible]τωσις dicitur.

24. Tertia concoctio præparatur quidem in venis cava ortis per totum corpus diffuſis minoribus ſeu exilibus, ut humor magis alimentarius fiat, quando 4. humores in maſſa ſanguinea proportione quadam defecati magis magisq́; elaborantur, ſed vera tertia concoctio, quæ eſt totius nutritionis abſolutio & nutrimenti in ipſam ſubſtantiam partis aſſimilatio, fit in ſingulis partibus corporis, dum ex venis exilibus humor alimentarius delapſus & roris more per partes 4 corporis ſparſus, unde ros dicitur, mox concreſcit atq; ad ſimilitudinem completæ ſubſtantiæ transmutatum congelatur, unde Avicennæ Cambium Galeno ſimile quid pinguedini ſonat, tandem agglutinatur & perfecte aſſimilatum ſubſtantiæ cujusq; partis unitur, unde Avicennæ Gluten ut partium continuitas & ſubſtantiæ defluxæ reſtauratio [illegible] vera nutritio exiſtat & humiditates [illegible] potius partes ſubſtantiæ quam humores dici debeant.

25. Expulſio fit & innata vi & ope fibrarum tranſverſarum, dum ea, quæ perfecte alterari non poſſunt, vel expellit, vel in aliud locum convenientem tranſmittit: unde natura in-

ſtrumenta

ſtrumenta corpori conceſſit, alia quæ inſtrumenta ipſa expurgent & ſeparent, alia quæ deducant, alia quæ in unum colligant, alia quæ excernant: ſed variant omnia hæc pro diverſitate conſtitutionis cuiusq;.

26. Primæ concoctionis excrementorum expulſio fit, cum cibo in ventriculo iam bene cocto & in inteſtina gracilia per pylorum tranſmiſſo excrementum primæ concoctionis græcis σκῶρ vel ὑποχώρημα dictum, tum à ſyncero ſeparatur tum etiam paulatim impellitur per omnia inteſtina uſq; ad rectum, ex quo plurimum congeſtum, ita ut jam grave corpori noſtro ſit, foras muſculis etiam abdominis unà cum ſepto transverſo adiuvantibus expellitur.

27. Secundæ concoctionis excrementorum expulſio alia eſt excrementorum jecinoris, alia excrementorum venarum arteriarumq;. Iecinoris excrementorum rurſus alia floris ſanguinis, ſcilicet bilis excremẽtitiæ, quæ attrahitur à veſica fellis ibiq; colligitur, alia fæcis ſanguinis ſc. melancholici humoris, qui à liene attrahitur, donec expultrix facultas ſtimulata vel qualitate nimia, vel acri vel utrâq; excernit in inteſtina, ut unà cum excremento primæ concoctionis per alvum exoneretur. Excrementorum vero in venis &

alterius fit expulſio ſcil. ſeroſi humoris, qui abducitur, a renibus & veſica, indeq; foras per urinarios meatus excernitur.

28. Tertiæ concoctionis excrementorum in ſingulis partibus expulſio fit, cum vel ſuperfluæ quædam reliquiæ, quæ aſſimilari & nutriendæ parti nequiverunt, vel ſeroſus humor tranſmittendi alimenti vehiculum, nec in venis ſatis expurgatus ſuperſunt, quorum hic expelli ſolet tum per ipſa molliora corpora violentia ſive ſua ſive ſpiritus impetu iuvantis actum, tum etiam per exiguos corporeæ molis meatus πόρους dictos ſi ſcil. patim in ſpeciem halitus ab inſito calore ſolvatur & per halitum corporis expiratur, partim violento motu confertim erumpat & ſudoris forma excernatur, illud v. cui nullum nomen propriè eſt & inviſibile quod contingit propter levitatem, occulta tranſpiratione per halitum corporis expurgatur, cuius craſſior pars modo in pilos modo in ſordes cuti adhærentes demum concreſcit.

29. Vitalis actionis vulgo vita dictæ, quæ & omnes facultates corporis principales & animum hominis ſenſibiliter conſervat, fons eſt in corde, ubi vitalis ſpiritus tum ex attracto ſpiritu, tum etiam ex ſubtili parte ſanguinis genitus ad reliqua corporis membra diſtribuitur, unde actiones duplices concitantur & producuntur, unius generis pulſus, alterius animi perturbatio.

30. Pulſus

30. Pulſus tum cordis tum arteriarum fit à facultate vitali adjuvante reſpiratione, qua perpetua & inſpiratio & expiratio efficitur per diaſtolen & ſyſtolen; diaſtole enim aer recipit intra ſe aerem à pulmone hauſtum & præparatum, qui calorem nativum contemperat & ad vitalium ſpirituum conſervationem utilis eſt. in hac vero expurgantur fumi cordis, & ſpiritus vitalis in arterias dilatatus exprimitur. Hinc motus diaſtoles & Syſtoles proportio ῥυθμὸς pulſuum dicitur.

31. Animi perturbatio ſeu affectus alia ratione operatio cordis, alia affectio ejus eſt & dicitur: operatio eſt motus cordis quo non tantum animus cuiq; major minorve ſecundum naturam fit, ſed etiam univerſum corpus atq; animus moderatè ſimul afficitur, & fit cum calor ſpiritus vitalis ſubito intrò revocatur, modo extra effunditur.

32. Animalis actio quæ in cerebro ſedem habet partim ſpiritu animali in cerebri ventriculis perficitur, partim per nervos in univerſum corpus diſtribuitur.

33. Sentiens exterior fit, dum ſpiritus animalis ex cerebro per nervos in membra corporis quæ ſentiunt influit, & ſenſus, qui omnibus externis qualitatibus afficitur, objecta percipit.

34. Videndi actio fit in oculo & in primis in cryſtallino humore, dum in eo ſicut in ſpeculo

& aliis corporibus politis fulgent imagines rerum, quarum color per foramen quod pupilla nominatur tanquam proprium obiectum, magnitudo vero, figura, numerus, motus, quies &c. tanquam communia obiecta recipiuntur per medium actu perſpicuum & viſiuo ſpiritu animali per nervos opticos in magna copia affluente, rerum viſibilium principi imaginativæ offeruntur, perficitur.

35. Auditio fit in aure, inprimiſque in membrana quæ continet aerem ingenitum ope ſpiritus animalis per nervum auditorium eo delatum, dum ipſe & aer exterior & ſpiritus animales concurrentes copioſiores facti ſunt, & ad membranam atq; oſſiculum refracti ſonum, qui per nervos interiori facultati diſcernendi offertur, edunt.

36. Odorandi ratio fit in naribus, inprimiſque in interiori narium membranula, quæ ex fibris ortis à dura meninge & prorumpentibus ad os ἠθμοειδὲς conſtituitur, tum nervi qui ad eam tranſmittuntur à tertio nervorum pari orti odoreum tanquam proprium obiectum in ſucco ſapido percipiunt, & deinceps ad anteriores ſinus una cum aere inſpirato vehunt.

37. Guſtus fit in lingua & palato inprimiſque in membranula à dura meninge orta, ad quam tranſmittuntur nervi à tertio pari, dum ſucci in humido à calore per ſuccum aërium deleſtinato & ſapido facto ſaporem percipi-

pio-

piunt, & ſpecies ejus ad cerebrum deferunt.

38. Tactus fit in carne imprimisq; in cute vera, dum nervi per eaſdem ſparſi qualitates tactiles tanquam propria obiecta percipiunt & ad cerebrum deferunt.

39. Motus de loco in locum voluntarius fit, cum cerebrum per nervum affert animalem ſpiritum facultatemq; muſculo, quo tamen nunquam deſtituitur, ita ut adiuvantibus fibris extendatur contrahaturq;, atq; ſimul os vel membranam cui inſeritur, moveat.

40. Rectrix vel princeps animæ actio eſt in homine ipſa ſenſitiva interior cum mente ſeu intellectu coniuncta ἡγεμονικὴ dicta, & eius actionis modus tam admirandus eſt, ut nullius ingenij vis vel cogitando capere, vel ſatis explicare queat.

41. Imaginatio fit in cerebro ipſo atq; in eius ventriculis prioribus, dum imagines ab exterioribus ſenſibus oblatas apprehendit & ſuas etiam mentis vi fingit.

42. Ratiocinatio fit, cum conceptas ſpecies ſeu imagines cogitamus, meditamur & diſcernendo componimus dividimusq; & ordine quodam collocamus.

43. Memoria fit cum id quod antea elaboratum eſt, fortius cerebro per crebram reiterationem imprimimus, retinemus, & quoties opus eſt ad uſum iterum depromimus.

Diſpu-

Diſputationum Medicinalium Catholicarum Sexta.

DE PASSIONIBUS corporis humani atque partium ejus, & modo, ſecundum quem illæ fiant.

Reſpondente

JOANNE BAUMANNO Hanovienſi.

THESIS I.

PAſſio Latinis, πάθ⊙ ſive πάθημα Græcis, eſt vocabulum ὁμώνυμον, cum ab alijs atq; alijs variè accipiatur.

2. Medici veteres, atq; ipſe Hippocrates, paſſionis appellationem, de morbo uſurparunt.

3. Philoſophi verò, atq; ipſe Plato, motus omnes, qui naturaliter ſe habent, & non ſunt activi, paſſiones nominant, ſicuti motus activos, actiones.

4. Medici recentiores per abuſum διαθέσεις, hoc eſt, affectus, ſeu diſpoſitiones, cùm ex paſſione jam provenerunt, nec amplius in motu

ſunt, πάθη ſive παθήματα dicere, non tamen diuturniores conſtitutiones, aut quæ ægrius auferri queant.

5. Quidam horum inſuper de præ diſpoſitionibus, quæ præter naturam ſunt, & ſequuntur morbos, tantum intelligi voluerunt: quia mos hodie, ut [illegible] πα[illegible] [illegible] ſymptomatibus, docet, inoleverit.

6. Nos vero φυσιολογικῶς hic diſputaturi, paſſionem corporis & partium ejus, de motu eorum omni, qui eſt in fieri eſſe, & non alius eſt, quiq; correlative ad actionem ſeſe habet, accipimus.

7. Qua ratione paſſio, græcis πάθος ſive πάθημα, eſt motus paſſivus, ejus quod alteratur, & à materia inordinata ruenteq; in deterius, proficiſcitur.

8. Quot igitur ſunt actiones corporis noſtri & partium ejus, tot etiam ſint paſſiones earundem, ſi rem ipſam ſpectes, neceſſe eſt.

9. Nihil n. agit quin etiã patiatur, ſicq; alterabile ſemper eſt & corpus noſtrum & partes ejus, quod eidem ratione formæ actiones, ratione materiæ paſſiones inſunt.

10. Etſi motus quoq; omnes corporis noſtri & partium ejus, Medicis actiones potiſſimum dicuntur: tamen alius magis actio eſt, ut motus voluntarius, alius magis paſſio, ut ſenſus.

11. Itaq; & paſſio & actio, tanquam motus alterationis, in quo corpus noſtrum & partes im-

mutantur, à priori ſtatu, aut [illegible] ſeſe aut in pluribus ſeſe mutuo [illegible] ambæ, inſunt.

12 Forma tamen partim conv[illegible], partim differunt.

13 Paſsionis & actionis una forma eſt, quatenus ambæ vel ſunt ex eodem [illegible], quæ eſſe abſolutè non dicuntur, ſed in fieri eſſentiam ſuam habent: vel motus & viæ ſunt ad diſpoſitionem corporis noſtri δι[illegible] dictam, quæ cum fiat, ſunt actiones p[illegible], cum facta eſt, hæ deſinunt, illa manet.

14. Paſsionis autem forma rurſus ab actione differt, quod vel actio eſt id quod facit, paſsio id quod fit: vel quod actio eſt motus alterantis, paſsio alterati.

15. Deinde etiã paſsio magis & tendit ad corruptionem mortemq́;, & à materialibus proficiſcitur. actio magis ad generationem conſervationemq́; noſtri, & à forma provenit.

16. Qua ratione paſsio corporis noſtri & aliarum partium, alia eſt ingenita, alia extrinſecus advenit.

17. Paſsio corporis noſtri ingenita, alia fit ſecundum ſubſtantiam, alia ſecundũ qualitates

18. Paſsio corporis ſecundum ſubſtantiam, duplex eſt: Vna fluor ſubſtantiæ perpetuus altera excrementorum proventus.

19. Fluor totius ſubſtantiæ, & in toto corpore, & in ſingulis partibus, fit perpetuus, cum calor

nihilo, & diſſolvendo & diſſipando, in vapores magnam maximamque ſubſtantiam corporis noſtri conſumit.

20. Fluit igitur ſubſtantia, totius corporis noſtri, alia ex mixtura, vel terrea, alia humidior vel aquea; alia ſubſtantia aerea: alia ignea.

21. Nec duraret corpus noſtrum, vel haec vita noſtram mortalem, niſi ſimilis altera ſubſtantia pro ea quæ defluxit, reſtitueretur ſubinde: verbi gratia, cibo, ſiccior terreaq; ſubſtantia: potione humidior aqueaque: reſpiratione pulſuq; arteriarum, aerea igneaq;.

22. Sed quale erat ipſum quod effluxit, tale prorſus non adjungitur agglutinaturq; toti corpori, & ſingulis ejus particulis, quia quæ eduntur bibunturve, prius concoquuntur & dum ſimilia efficiantur, alendo reſtituendoq;, aliquid non conficitur neq; aſſimilatur, ſed per laxiora intus ſpacia ſupervacaneum vagatur errat q;, quod latini excrementum, græci περίττωμα dixere.

23. Unde excrementorum multorum, de quibus in diſputatione de modo actionum & expulſionum plura dicta ſunt, proventus, in quo rerum ſubſtantia totius & partium ſingularum, afficitur alteraturq;, & paſſio altera ſecundum ſubſtantiam fit.

24. Paſſio corporis & partium ejus ſecundū qualitates ingenita, alia fit ſecūdū primas,

qua ſecundum [illegible] Sic paſſio-mem ea,quæ fit ſecundum primas,ad corruptionem ducit.

25. Sic paſſionis ſecundum qualitates [illegible] modus tempore generationis corporis noſtri ex ſemine & ſanguine menſtruo [illegible] ſemen calidum & humidum quidem [illegible], in ſanguine quoq; calidum frigido præpollet, & humidum ſicco, ſed tamen ſemen ſiccius & frigidius ſanguine ſit, dein humidi omnia hæc ut ex eis nervi,arteriæ,venæ,oſſa,caro, & alia id genus fierent, & calore foventur & ſiccantur imò in lucem edito homine, ut robuſtiora omnia vaſa, uſque ad ἀκμὴν evaderent, ſicciora magis magisq; efficiuntur.

26. Sed quod corpus & partes corporis omnes poſt ἀκμὴν, ſupra iuſtum ſiccefcant, imò etiam calore decreſcente, frigidum præpolleat, paſſio ſecundum qualitatem ſiccam maxime omnium inter alias qualitates, & mox poſt illam frigiditas, corpus aliasq; partes afficit, imò ad corruptionem,& mortem ducit.

27. Qui fit ut in ægris laborantibus ex intemperie, & difficilius exceſſus in ſiccitate curentur, & tempus alterationis in ſicca intemperie reducenda ad humidiorem, multo maius diuturniusq; exiſtat. Imò inter omnes ſimplices intemperies ſicca, inter omnes compoſitas intemperies, frigida & ſicca ſit peſſima, ac deniq; lethalis.

28 [illegible]

28. [illegible] corporis quæ extrinſecus adveniunt, aliæ à neceſſariò occurrentibus, quæ Medico propriè in [illegible] conſiderandæ ſunt: aliæ à non neceſſariò incidentibus, quæ cum quivis etiam rudior, quam ut Medicus dici queat, [illegible] declinareq́; poſſit, non ſub artem cadunt.

29. In omnibus autem hiſce paſſionibus, diſtinguit Medicus alterationes, quæ ſine ſenſu fiunt, ab aliis quæ cum ſenſu voluptatis doloriſq́; fiunt.

30. Paſſiones ſive alterationes ſine ſenſu, in partibus corporis fiunt, quæ carent nervis. Cum ſenſu voluptatis & doloris, fiunt in iis tantum membris, quæ participant nervos.

31. Mox in paſſione, lenis & vehemens alteratio quoq; differt, quarum nulla tamen ſine patientis corporis immutatione conſiſtere poteſt.

32. Poſtremò paſſio vehementior, alia ſecundum naturam, alia præter naturam, alia media inter illas neutra dicta: integritate læſioneve actionum ſi æſtimatur, non amplius ad φυσιολογικὴν ſed παθολογία pertinet.

33. Etſi enim paſſio ſi ratione dijudicatur in corpore noſtro & ſingulis ejus partibus, ſemper fiat tamen quia ſenſitivus eſt medicus, & nullam niſi manifeſtam advertat [illegible] ſemper exploſa fuit.

34. Quare cum Medico paſſiones [illegible] & differentias earum, [illegible], modum, [illegible] [illegible] vel [illegible] in diſpoſitionibus corporum relinquere. Tales paſſiones à Medicis [illegible] de iis, quæ præter naturam ſunt [illegible], dictas, [illegible], Medicum non decet.

Diſputationum Medicinalium Catholicarum Septima.

DE DISPOSITIONIbus corporis humani, ejusque partium.

Reſpondente

JOACHIMO LONEMANNO Brunovicenſi.

THESIS I.

Diſpoſitio ſeu affectus Græcis διάθεσις quaſi veſtigium à paſſione affectionum in corpore humano relinquitur, & forma corporis noſtri Medico conſideranda ex mutua actione paſſioneque reſultat, cum hactenus φυσιολογικῶς de natura hominis à primis Elementis diſputatum ſit, ordinis ratio nunc exigit, ut παθολογικῶς de diſpoſitioni-

[illegible] differ- [illegible].

2 [illegible] etiam illa modi conſtitutio corporis, [illegible], modo [illegible], modo natura ipſa dicitur.

3. [illegible] quodammodo idem ſit quod patit[illegible] ſimpl. [illegible] pro- in le πάθ[illegible] ſit πάθ[illegible] ab aliquibus cum διάθεσι confunditur, [illegible] & ſimilitudinem, non identitatem hic agno- ſcimus.

4. Nam paſſio quam etiam affectionem vocant, generationem ſuam habet in ipſo verti, mutari, alter iri moveri, affectio verò in eo quod manet, prorſus conſiſtit. Seu quod illa ſit [illegible] propriam Remanentiam, hi[illegible] habeat propriam remanentiam in corpore affecto.

5. Exempla ſolent res nebuloſas & perſpectas minus diſcutere & manifeſtare, [illegible] radijs differentiam utrorumq; illuſtremus.

6. Membrorum aliquod incaleſcit [illegible], hoc eſt vertitur, mutatur, alteratur, [illegible]tur, eatenus membro [illegible] paſſionem [illegible] dicimus, & hanc paſſionem habere permanentiam quandam propriam in membro calefacto negamus. Inprimitur & manet in membro eodem gradus aliquis caloris, & is gradus diſpoſitio eſt jam permanentiam habens propriam in membro.

7. *Diſpoſitio igitur corporis humani quæ eſt qualitas permanentiam quampiam habens propriam in corpore noſtro, quod afficitur, ſecundum quam benè maleve ſe habet.*

8. *Hæc multis modis differt, ac primùm ratione majoris & minoris, unde alia corporis conſtitutio eſt* κατὰ σχέσιν, *alia* καθ' ἕξιν.

9. *Diſpoſitio* κατὰ σχέσιν *eſt quæ radices nondum profundiores egit, nondumq; conſtans eſt, ſed facile à natura abolet ur* εὔλυτος διάθεσις *Galeno dicitur.* καθ' ἕξιν *diſpoſitio eſt, quæ propter robur ſuum inhæret corpori firmius, nec facilè cedit naturæ oppugnanti eam.*

10. *Deinde diſpoſitio corporis alia eſt ſecundum naturam, alia præter naturam, alia neutra.*

11. *Diſpoſitio ſecundum naturam dicitur ſanitas, quam definimus Qualitatem permanentiam habentem propriam, partium corporis humani operationes naturales & integras cauſantem, vel eſt, per quam corpus hominis tale exiſtit, ut ex eo operationes omnes proveniant ſanæ & incolumes.*

12. *Hæc eſt aut ſanitatis ſecundum affectionem, aut ſanitatis ſecundum habitum, aut ſanitatis bono habitu præditæ.*

13. *Secundum affectionem eſt, quæ morbus cum non ſit, levi tamen paſſione tentata, facil-*

iret in diſpoſitionem morbidam, imbecillior-que ad actiones ſolidas exiſtit.

14. Huic diſpoſitioni ſanitatis niſi ſuccenturiata adeſſet προφυλακτικὴ, *ſequeretur eam neutralitas decidentiæ, de quibus infra.*

15. Secundum habitum diſpoſitio ſana eſt, quæ facit, ut corpus periculis amplius obnoxium non ſit, abſolutum tamen robur actionum corpori nondum ſuppeditat.

16. Hanc præcedit neutralitas convaleſcentiæ & ἀναληπτικὴ *eius actiones firmat.*

17. Sanitatis diſpoſitio, bono habitu prædita eſt corporis exiſtentis extra omne periculum, ac præ ſe ferentis inſigne quoddam omnium actionum robur.

18. Ευεκτικὴ *hunc gradum ſanitatis conſervat & dirigit, in ſuis ut limitibus conſiſtat.*

19. Diſpoſitio præter naturam eſt qualitas propriam permanentiam habens in corpore humano, naturæ normam negligens.

20. Eſt vel morbida vel ſymptomatica.

21. Diſpoſitio morbida eſt qualitas, primò & manifeſtè actiones lædens.

22. Diſpoſitio ſymptomatica eſt qualitas, morbum ſequens tanquam umbra, morbique quaſi ſimia eſt, vel, eſt qualitas illa præternaturalis, quæ afficit corpus ſed non primò.

23. Eſt hæc diſpoſitio vel in actionibus læſis, vel in excretis immoderatis, vel in affectibus corporis ſenſui obiectis, deformatis & depravatis.

24. Diſpoſitio corporis in his omnibus, ſecundum naturam dicitur ἐπι . . . . ſeu conſectarius affectus, eſt . . . . accidens ſanitatis, & in actionibus eſt integritas . . . . . . in excretis moderatio, in affectibus ſenſu perceptibilibus pulchritudo earum.

25. Ad neutralem nunc pedem . . . . . . diſpoſitionem, quam dicimus eſſe qualitatem permanentiam habentem propriam in corpore affecto, partim naturalem partim præternaturalem dubitationem afferentem, ſanane an ægra conſtitutio ſit pronuncianda, eſtq; triplex.

26. Primò eſt Neutra obſcurè ſana, eſtque qualitas dubia propendens ad ſanitatem, alias dicitur neutrum convaleſcentiæ.

27. Secundò eſt Neutra obſcurè ægra, hæc eſt qualitas quæ vergit ad ægritudinem, dicitur Neutrum decidentiæ.

28. Tertiò eſt Neutra diſpoſitionis mediæ inter hæc, quæ eſt qualitas ad nullam conſtitutionem plus inclinans, dicitur abſolute Neutrum.

29. Diviſionem hanc pulchram Galenicam præterire nefas ducimus, licet aliquam vicinitatem habeat cumſuperiori diviſione, qua affectus alius κατὰ σχέσιν, alius καθ' ἕξιν dictus eſt. Verba eius hæc ſunt 1. de diff. febr. cap. 4. Cum corporum diſpoſitiones diſſimiles ſint, ac multiformes, quædam facile alterantur, ac

p[illegible]

patiuntur, à cauſa in ipſa operante, quædam inſuperabiles omnino exiſtunt, vel cum difficultate patiuntur.

3[illegible]. Non obſtant nobis (quod clauſulæ loco adjicimus) morbi, quantitatis, numeri, ſitus, quo minus diſpoſitionum genus qualitas conſtituatur, & quod ab Averrhoe morbi ſeu morborum ſubiecta non in uno ſed in quinq; prædicamentis ſint conſtituta: non enim per ſe morbus eſt in quantitate aut alio prædicamento præterquàm in qualitate, quia primum & ſua natura omnis morbus qualitas quædam aut διάθεσις eſt.

Diſputationum Medicinalium Catholicarum Octava.

DE SANITATE EIVSque differentijs cauſis & Accidentibus,

Publicè Reſpondente

DANIELE RINDTFLEISCHIO VVratislavienſi.

THESIS I.

SAnitas græcis ὑγίεια de omnib hominibus, cum actiones ad vitæ uſū neceſſarias obire

querunt, dicitur: nonnunquam etiam [illegible] l[illegible] nomine vel διάθεσις κατὰ [illegible] *vel* κατασκευή. *Latinis vero ſtatus co[illegible] ſe-cundum naturam, vel naturalis e[illegible] vel Qualitas temperamenti con[illegible], vel natura ipſa.*

2. *Nec deſunt, qui ſanitatem modo integri-tatem actionum; modò actionem naturalem, modò affectum per quem integre naturales a-ctiones obimus, appellant. Sed horum alia ac-cidentibus ſanitatis, alia cauſis, alia ipſi ſani-tati magis conveniunt.*

3. *Atq; ita in natura ſua ſanitas conſidera-tur; quatenus verò cum iis, ex quibus conſtat corpus noſtrum, confertur, denominatur quo-que* συμμετρία, *hoc eſt commoderatio. Verbi gratia: ſanitas ſimilarium partium ſymmetria vel cōmoderatio calidi, frigidi, ſicci, & humidi. Sanitas vero inſtrumentalium partium* συμ-μετρία *in forma, numero, magnitudine, & poſitu, ac ſanitas ambabus communis in con-textu & unione omnium.*

4. *Addo quod ſanitas non rarò ſimul de di-ſpoſitione in ſalubribus, neutris, atq; inſalubri-bus corporibus accipiatur: cùm nos ſanitatem tantum eam, quæ eſt ſalubrium, hic intellig[illegible]-mus. de neutra diſpoſitione aliàs diſp[illegible].*

5. *Qua ratione ſanitas corporis noſtri [illegible] ſtatus ejus ſ[illegible]undum naturam, qui primò & per ſe efficit tum actiones neceſſario uſu[illegible]*

a[illegible]

aptas, medicis integras dictas, tum vitam, in qua doloribus non cruciamur, tum etiam pulchritudinem naturalem.

6. Hæc in omnibus ſanis hominibus forma unum eſt: nec a communi forma differt: quod & formoſi Achillis ſanitas, cum ipſa quæ in Socrate deformiori inveniebatur, eadem eſt.

7. Sed alterum eſt, quo cuiuſque Sanitas ab altero differt: nimirum majoris minoriſque ratio: quod unus alio magis minuſve ſanus ſenſu deprehenditur. Vnde latitudo Sanitatis ampla Medico artifici ſemper tenenda eſt.

8. Sanitatis autem huius latitudo, quæ inter ſeſe multifariam differt, determinatur vel facultate actionum ad neceſſarios uſus minime impedita; vel actionis vitio in corpore vel membro ejus malè ſe habente, quod nondum ad ſenſibilem imbecillitatem, ut neutra conſtitutio dici queat, pervenerit, multoq; minùs ad manifeſtam læſionem, cuius ratione vitium hoc morbus eſſet.

9. Vnde ſanitatis complures differentiæ exiſtunt, quarum præcipuas, ad quas vel alias omnes commodè referre licet, vel tanquam ſcopos in tuenda ſanitate reſpexiſſe ſat erit, enumerabimus.

10. Sanitas enim corporis noſtri alia eſt Exacta, alia non Exacta.

11. Sanitas

11. Sanitas corporis noſtri Exacta, propriè Medicis & philoſophis attributa eſt ſummus ſecundum naturam habitum bonum. Galeno verò dicitur optima, ſumma, abſoluta, perfecta, εὐκρασία & optima corporis conſtitutio.

12. Sanitas enim Exacta, quæ & optima temperamento in ſimilaribus partibus prædita eſt, & figuram Inſtrumentalium, conformationem, numerum, magnitudinem, atq; poſitionem ad functiones egregiè comparatam habet, & omnium membrorum inter ſe contextum, unionemq; ad actiones idoneam exhibet: unde etiam actionum perfectione, vitæ firmitate, & pulchritudine optima, dijudicatur.

13. Eadem rurſus bifariam conſideratur, una ad unguem: altera ad communem hominis uſum.

14. Exacta ſanitas hominis ad unguem, eſt optima corporis conſtitutio, quæ & in temperamento temperato ad pondus, & in compoſitione partium inſtrumentalium, ac non unione omnium abſolutiſſima conſiſtit.

15. Qualis in noſtris corporibus hodie cogitatione potius uſurpatur, quàm quod ſolidè ſubſiſtat. Ideoq; & Inſictilis Galeno dicitur, & veluti imago normæ Polycleti tantum habetur nec a medico ſenſitivo artifice admittitur in ullo, niſi in ſolo filio DEI IESV CHRISTO ſervatore noſtro.

16. Exacta ſanitas corporum noſtrorum io

[illegible]

communi uſu eſt ſanitas corporum optima, quæ & in εὐκρασίᾳ optima, ſitum, & in ſtructura convenientiſſima, qualis haberi in communi vita poteſt, conſiſtit. actiones optimas edit, vitam iucundam efficit: & pulchritudine præ cæteris eminere facit, licet plane abſoluta omnia non ſint.

17. *Huius eſt latitudo quædam, quæ ſenſu in omnibus optime ſanis deprehendi poteſt: non aliter atq; in Muſico optimo cui cum perfecte harmoniam voce aut fidibus canere viſus ſit, alter ſuperveniens exactius temperavit.*

18. *Pari enim modo temperamenti abſolutiſſimi, pulchritudinis perfectæ ac actionum integrarum perfectio in multis perfecte ſanis alia aliam ſuperat, & optima ſanitas in communi uſu ſecundum magis minusq; intenditur atq; remittitur tàm diu, donec quis multo vel intemperatior, vel deformior, quod deterioris ſanitatis eſt, conſpiciatur.*

19. *Exacta igitur corporum ſanitas in communi uſu vel optima ſanitas, quæ haberi poteſt, duplex invenitur. Vna corporum medij temperamenti* εὐσάρκου *habitus cum debita partium convenientia: Altera quibus non multò ſupra iuſtum calidis, frigidis, humidis & ſiccis, gracilibus, obæſis, mollibus, duris, aut alij exceſſui obnoxijs eſſe contingit.*

20. Optima

20. Optima enim ſanitas corporum mode- temperamenti, etſi paululum deficit ab illa ex- acta ad unguem: tamen εὔκρατος *& ὑγιεινὸς eſt, & in ea actiones optimæ eduntur, magis ſua- vis eſt, & pulchritudo ſumma eminet.*

21. Vndè in hac quoq; pro diverſitate ætatis notabilis latitudo invenitur, cum ad omnem voluntate ſuſceptam actionem adoleſcentium optimæ conſtitutionis ætas: ad omnem natu- ralem, veluti auctionem, concoctionem, diſtri- butionem, & nutritionem puerorum exactæ ſanitatis ætas aptior eſt: his enim humor, illis ſiccitas magis, non tamen adeò multum in εὐκράτῳ *corpore abundat.*

22. Sanitas optima corporum, quibus non multum ſupra juſtum calidis, humidis, frigidis & ſiccis, & ſimiliter eſſe convenit, magis di- ſtingui etiam poteſt.

23. Sanitas enim hæc optima, alias eſt æ- quabiliter temperatorum, & in ſtructura for- matorum, cum omnes corporis particulæ ad a- liquam intemperiem non adeo multam æqua- biliter verſæ ſunt, ut aut calidiores, aut frigidi- ores, aut humidiores, aut ſicciores, aut calidio- res & humidiores, aut calidiores & ſicciores, aut frigidiores & humidiores, aut frigidiores & ſicciores exiſtant, ſtructuraq; decens parti- um Inſtrumentalium non adeo multum vari- at. alia inæquabiliter intemperatorum cer-

ſerme

formatorumq; cùm inæqualiter ſe corporis partes minus principales habent.

24. Sanitas autem medij temperamenti firmior eſt, ideòque meritò optima & ſumma: Sanitas eorum quibus parùm ſupra [illegible] calidioribus, frigidioribus &c. eſſe convenit, minor.

25. Sanitas quoq; optima æquabiliter temperatorum conditorumq; compoſitione, major eſt in his, quibus una qualitas excedit, quàm quibus duæ qualitates excedunt.

26. Sanitas optima eorum quibus æquabiliter una tantùm qualitas excedit, melior eſt in his, quibus humidum præpollet parum, quàm in quibus aut calidum, aut frigidum, aut ſiccum abundat.

27. Calidi enim temperamenti ſanitas, ubi humiditas & ſiccitas medio modo ſe habent, ab initio magis ſana apparet, & ſic erit ad florentem usq; ætatem. Poſt calida & ſicca reddita multò ultra juſtum minor erit ſanitas obnoxia bili, imò ſeneſcet citius, nec unquam optima ſanitas ejus, niſi in pueritia & prima adoleſcentia conſtabit.

28. Frigidi temperamenti ſanitas, ubi ſiccum humidumq; modice ſe habet, eſt quoque ſatis firma, bonaque & optime ſibi conſtat, ſi calor ſubinde excitetur, firmeturque duratq; non tantùm in pueritia, ſed etiam in

*adoleſcentia florenteq; ætate, poſt [illegible] ſalu-
lius ſeneſcet.*

29. Humidi parumper temperamenti, ubi frigiditas & ſiccitas temperatæ ſunt, ſanitas optima prope ad medium humidum corporis accedit non tantum in pueritia ſed etiam in florente ætate, ubi omnia magis [illegible] ta, & in ſenectute diu durat ac longæva vita redditur.

30 Sicci parumper temperamenti ubi frigiditas & humiditas medio modo ſe habent, ſanitas in pueritia tantum durat quia cum ſubinde magis magisq; ſicceſcamus, in adoleſcentia ſiccior ultra juſtum evadet, nec amplius optimæ ſanitatis erit, multo minus in ſenectute, quam raro conſequuntur.

31. Calidi & humidi temperamenti, ſi non multum ſupra juſtum exceſſerit; optima ſane ſanitas erit, firmiſsima, ac vitam valde diuturnam diget: quin etiam calidi & humidi temperamenti valdè ſupra juſtum in pueritia & adoleſcentia excedentis ſanitas non exacta redditur, ſed procedente tempore in vigore ætatis calida & humida temperate redetur, ac quæ antè morbis fluxionum febrilium[illegible]q; putredinum ſæpe tentabatur, in ἀκμῇ ἑυκρατῳ hoc eſt, in vigore ætatis medij temperamenti, ideoque optimæ ſanitatis erit. At in ſenectute cruda validas actiones, ætate

procedente

procedente non adeo imbecillior erit, imo longiſſimæ vitæ invenietur.

32. Calidi & ſicci temperamenti Sanitas minus ſana eſt, nihilominus cum parum excedit, aliquando optima ſanitas erit, in primiſq; in pueritia. Sed in adoleſcentia ſtatim deſinet, atq; in ſenili ætate deterior ſanitas erit, procedenteq; ætate frigida & ſicca, minimeq; diuturnæ vitæ evadet.

33. Frigidi & humidi temperamenti ſanitas raro eſt quoq; bona, nedum optima. Si tamen parum ultra juſtum exceſſerit, optima quoq; Sanitas illi à Galeno aſſcribitur, & in pueritia atq; adoleſcentia conſtare poteſt, poſt ætate refrigerata magis in vigore & ſenio deterior, multuq; fluxionibus obnoxia erit.

34. Frigidæ & ſiccæ intemperiei, ſi multum excedit, ſanitas peſſima eſt in omni ætate, ſi parum, ſanitas tantum optima eſt, in ipſa potiſſimùm pueritia, ſed ut citius poſtea deſiit, ita diuturnæ vitæ non eſt.

35. Inæqualis intemperiei, ubi partes corporis minus principales diſſimilem intemperiem nactæ ſunt, eamque non magnam, ſanitas optima firmaque adhuc manet, ubi verò principales, ſanitas deterior, imo vero neutra conſtitutio & morbus fiet.

36. Nec ſi compoſitionem decentem partium Inſtrumentalium ſpectes, aut con-

textum ambarum diverſum quid [illegible] cet: quia cum actiones bonæ q[illegible] ſanitas habeat, boni etiam humo[illegible] habitus, & conformatio decens [illegible] Galeno.

37. Sanitas non Exacta varijs [illegible] gitur, aliquando & de ſanitate magis [illegible] enti ab hac optima, aliquando & de plane [illegible] pabili neutra potius dicta: ſed nos [illegible] in termino ſanitatis, antequam neut[illegible] ſanitatem non exactam, quæ licet [illegible] & [illegible] pa non careat, ac de ea queri poteſt, tamen nondum prorſus imbecillas actiones ad vit[illegible] neceſſarias habet, nec doloribus ma[illegible] flictatur, nec pulchritudine natura[illegible] pro ſuæ naturæ differentia caret, intelligamus.

38. Dicitur autem alias ſanitas ab optima deficiens, ſanitas deterior, ſanitas ſecund[illegible] habitum ſimpliciter, & ſine adjectione bo[illegible], ſanitas vitioſa, ſanitas non prorſus laudabil[illegible], ſanitas de qua queri quidē ſed nō prorſus poteſt, ſanitas quodam modo culpabilis.

39. Sanitas enim non exacta, eſt corporum quibuſcunque multò ſupra juſtum aut intem- peratis in ſimilaribus partibus, aut indece- ter conditis in compoſitione Inſtrumentali- um, aut male contextis in unione ambarum eſſe contingit, ita ut actiones infirmiores nec tamen planè ad ſenſum imbecillas edant, vi- tam quidem injucundam, tamen non planè

moleſtiam afferunt, denique pulchritudinem naturalem minus licet pro ſua natura, ſatis habeant.

40. Sanitas non exacta, quæ pro pluri-ma in corporum diſpoſitionibus differentia multum variat, rurſus alia eſt corporum æquabiliter intemperatorum, conditorumq́; in compoſitione, alia corporum quæ inæquabiliter ſe ita habent.

41 Sanitas corporum æquabiliter intemperatorum eſt, in quibus ſimilares corporis partes omnes æquabiliter ad unam intemperiem eamque validè excedentem, ut multò ſuprà juſtum aut calidiores aut frigidiores, aut humidiores, aut ſicciores, aut calidiores & humidiores, aut calidiores & ſicciores, aut frigidiores & humidiores, aut frigidiores & ſicciores, exiſtant, ita verſæ ſunt, ne tamen iſta valida exuperantia planè gravis homini ſit, aut actiones prorſus imbecillas edat.

42. Sanitas non exacta corporum inæquabiliter temperatorum eſt, in qua vel partes principales vel partes minus principales diſſimili intemperie præditæ ſunt.

43. Sanitas igitur æquabiliter intemperatorum non exacta major & firmior eſt, quam inæquabiliter temperatorum, unde his minus roboris actionum, vita inſuavior,

ſit pulchritudo magis indecora, illis tamen melioera.

44. Deinde ſanitas non exacta corporum valde intemperatorum in una qualitate melior eſt ſanitate valde intemperatorum in duabus qualitatibus deterior eſt.

45. Mox inter ſanitates corporum intemperatorum in duabus qualitatibus frigida & humida natura ſemper mala eſt, fluxionibus obnoxia, tardi ingenij & animi eſſeminati: ſed omnium peſſima frigida & ſicca.

46. Poſtremo inter ſanitates corporum omnium intemperatorum non exacta hæc melior eſt ſemper, quæ minores illas exuperantias qualitatum habet: illa cui magis validus exceſſus qualitatum eſt, deterior ſanitas exiſtit.

47. Modus enim exceſſus intẽperiei imprimis conſiderandus eſt: quod ſanitatis bonitas eatenus remittit intenditq́ʒ, quanto longius ab eo recedit, & quanto magis ad temperamentum medium accedit.

48. At quibus inæqualiter ſe habent corporis partes principales, ſi parvus exceſſus fuerit, ſtatim ſanitas non exacta vitioſaq́ʒ, ſi major neutra diſpoſitio vel etiam morbus ipſe erit.

49. Deinde ſanitas non exacta in æqualiter temperatorum melior eſt in his, quibus diverſæ à principibus partes diſſimili intemperie

ſiſ habent, dicimus in illis in quibus principes partes contrariis temperamentis ſunt affectæ.

50. Qui fit ut ſenectus quorundam tota ſit adhuc ſanitatis hujus non expers, nimirum in hominibus bene temperatis vel calidioribus humidioribusq; quod actiones etiam in ſenio non prorſus culpabiles pro ſua natura edant, nec dolores adeo graves ſentiant. Senectus vero aliorum omnium in precedente ſenectute multò imbecillior reddatur, quam ut in ſanitatis terminis maneat; ideoq; vel neutra diſpoſitio vel morbus ipſe perpetuus evadat, imò multis non licet ad ſenectutem pervenire, de quibus anteà, aut ſi quando pervenerint, uno ſaltem diuturno morbo penitus laborant.

51. Porrò ſanitatis cauſæ & in genere & in ſpecie cognoſcendæ ſunt. Cauſa ſanitatis materialis vel ſubiectum in quo ſanitas advenit, eſt tum corpus tum partes ejus aut ſimilares, aut inſtrumentales, quarum ratione ſanitas συμμετρία τῶν πρός τι dicitur, quod ſimilarium ſit calidi, frigidi, humidi & ſicci commoderatio. Inſtrumentalium verò exiſtat ſimilarium ipſorum compoſitione in figura, numero, magnitudine & poſitu, ambarum communis omnium contextus & unionis firmæ.

52 Nec tantum partes corporis ſed etiam e-iuſdem partis diverſæ particulæ ſolæ ſanitatem aliquando fiunt, cũ in uno membro diverſæ particulæ diverſa ſanitate frui poſſint. V. g. Ventriculo ſano in tunicis & corpore cavitatis, orificio verò imbecilliori aut prorſus ægro eſſe contingit.

53. Deniq; reſolvendo ulterius. Materia ſanitatis in ſimilaribus partibus ſunt quatuor elementa: In inſtrumentalibus ipſæ ſimilares & in Inſtrumentalibus aliæ organicæ ſiunt.

54. Sed non ſo materiam tantum cognoſcere oportet, verum etiam formam, ut eſſentia ſanitatis tota perſpecta ſit. Hæc eſt qualitas tum temperamenti, tum compoſitionis, tum etiam contextus effectrix & actionum integrarum pro natura cuiusq; & vitæ iucundioris, carentis doloribus manifeſtis, & pulchritudinis naturalis.

55. Sanitatis hæc forma qualitas revera eſt in prima ſpecie, quæ latè ſe fundit, & tum ſubſtantiarum, tum qualitatum, tum actionum eſſe dicitur, orta quidem ex tertia qualitatis ſpecie, Paſſione, quæ in fieri & motu eſt, ſed ipſa in fine motus conſtat: unde & ſtatus naturalis & habitus corporum rectè dicitur.

56. Sanitas enim ſecundum habitum ſimpliciter ſic dictum eſt non exacta ſanitas ſe-

cundum

cundum quod ſummum eſt exacta ſanitas, eaq; duplex, una ſecundum habitum bonum, & eſt ſanitas exacta in qua parva intemperiei exceſſus. Altera ſanitas ſecundum habitum ſumme bonum, & eſt optima ſanitas medij temperamenti in communi vitæ uſu.

57. Eſt & ſanitas quædam κατὰ σχέσιν dicta, quæ in fieri eſſe habet & aliquantum plane imbecilla, ut in convaleſcentibus & imbecillioribus ſenibus videre licet. Sed hæc potius eſt neutra diſpoſitio, de qua alias.

58. Efficientia ſanitatis κατ᾽ ἐξοχὴν dicuntur cauſæ ſanitatis. Sunt autem duplices: aliæ Internæ, aliæ Externæ.

59. Cauſæ ſanitatis internæ ſunt humores propter quos homo valet & ægrotat: ſed non tantum intelligantur quatuor humores in in ſanguine, quibus nutrimur: ſed etiam humidum primogenium, cui calor nativus indiſſolubiliter implantatus eſt, e ſemine & ſanguine menſtruo ortum, ac ſubinde ad ſenium & ad mortem uſq; ſicceſcens: tum omnis ſubſtantia corporis noſtri, & ſingularum partium, quæ licet ab ortu undiquaq; humidior ſit tamen à ſe invicem differt, quod alia ſit ſiccior, alia humidior, alia aerea igneaq;. Deinde nec horum tàm materia quàm diſpoſitio ſecundum naturam, eſt ſanitatis cauſa, quod hæc conſervat ſanitatem, & mediante ſanitate actiones integras minimeq; impeditas efficit.

ſit, & præcedit ſanitatem & ſanitatem tuetur internæ ſunt.

60. Sicuti enim internæ cauſæ corrumpentes corporum noſtrorum duæ inevitabiles ab ortu nobiscum ingenitæ ſunt: una humidi primigenij cum calore abſumptio, & ætate creſcens ſiccitas unde curſus quoq; dictus, quod illa ad ſenium, imò etiam ad morbos, & ad mortem denique marceſcendo [illegible] ducit: Altera fluor ſubſtantiæ aſſiduus, quo corpora noſtra diſſiparentur homq; interim, ni alia ſubſtantia ſimili ſc. cibo ſit [illegible], potu humidior, reſpiratu & arteriarum ope, aërea igneaq; rurſus reſtauraretur: quibus duo tertium ſc. excrementorum proventus, ipſo quoq; noxius corporibus noſtris ſi alicubi plus juſto detinentur, neceſſario ſequitur: ita cauſæ conſervationis corporum noſtrorum internæ hiſce contrariæ ſanitatem imò etiam vitam ipſam diutius conſervant, ſi diligenter hæ cuſtodiantur, illæ inevitabiles ſubinde tamen mitigentur, ne citius quam pro naturæ ratione ſeneſcamus, aut multò ante immatura morte moriamur, vitioſæq; ſanitatis ipſi authores nobis ſimus.

61. Prima igitur ſanitatis cauſa interna est Diſpoſitio caloris nativi cum humido primigenio commoderata. Secunda, Diſpoſitio cutis carnoſique habitu, imo totius corporis media inter omnem exceſſum, ſive raritatem

ſive

ſive denſitatem, ſive plus minuſve refectionis ſpectes, ut corpus ſtatus ſui gratiam quàm diutiſſime conſervet.

62. Nam & quantum calori nativo humidoq; radicali atq; primogenio nocemus, tantum tum ſanitati, tum ætati, tum etiam vitæ noſtræ detrahimus: & quæ corpora plus faciliusq; diſſipantur, iis id quod exhauſtum eſt, magis magisq; reficere oportet.

63. Corpora autem mollia & rara, ut puerorum magis, corpora dura denſioraq; minus ſubindè difflantur, diſſipanturq;.

64. Tertium quod hæc duo ſequitur, excrementorum proventus rite ſemper expellendus, facit ut & humores quatuor in ſanguine, imò ipſi etiam ſpiritus puriores lucidioresq; ſint, & excrementa ſecundum naturam ſe habeant; quæ diſpoſitio humorum omnium ſecundum naturam ſanitatem quoq; multum conſervant.

65. Vbi enim corpus ab omni genere excrementorum ritè expurgatum eſt, boni puriq; ſunt omnes humores: ubi boni humores corporis, ſequitur etiam bonus habitus, ideoq; etiam ſanitas.

66. Cauſæ ſanitatis externæ ſunt materiæ auxiliorum, per quæ ſanitas advenit aut potius conſervatur, undè cauſæ conſervatrices Galeno in arte parva dicuntur.

67. Etſi enim materiæ auxiliorum tantum

ſunt

ſumuntur, ſi in iuſta tum qualitate, tum quantitate, tum tempore, tum modo aſſumuntur, tanquam certæ ſanitatis ſunt.

68. Externæ autem dicuntur & ſunt quæ corpora noſtra neceſſario & ab extra afficiunt, alterant, atque immutant.

69. Hæ tum à veteribus, tum etiam à recentioribus diverſimode enumerantur & dividuntur, ſed melius teſte Galeno in fine primi tuendi ſanitat. Aliæ ſunt quæ corpus noſtrum in quantitate immutant, aliæ quæ in qualitate.

70. Quæ corpus noſtrum in qualitate immutant, ſunt quæ aut incaleſcere, aut refrigerare, aut ſicceſcere, aut humectare faciunt.

71. Quæ vero in quantitate immutant, ſunt quæ aut replent aut inaniunt, vel evacuant.

72. Quæ replent alia ſunt naturalis ſubſtantiæ, ut aer, cibus & potus: alia excrementorum, ut repletio humorum excrementitiorum, quibus contraria eſt etiam duplex; inanitio alia ſubſtantiæ naturalis, alia excrementorum.

73. Huc referendæ ſunt diſtinctè omnes vel res non naturales aliàs dictæ: vel quatuor genera externarum cauſarum: primum Aſſumenda, 2. Educenda, 3. facienda, 4. Externè incidentia.

74. Res non naturales ſex ſunt 1. aer, 2. cibus & potus, 3 ſomnus & vigiliæ, 4. motus & quies, 5 repletio & inanitio. 6. affectus animi

75. Alimen-

75. Admovenda ſunt aer, cibus, potio, & ſi quid medicamentorum intro ſumitur.

76. Educenda ſunt excrementa omnis generis quæ ejici oportet, unde non tantum illa omnia noviſſe, ſed etiam quibus mox cauſis remorentur, mox quæ ratio tenenda ſit, ne aut in retentiones eorum quis incidat aut ſi quandò incidatur, quam primum error corrigatur.

77. Facienda ſunt ſomnus & vigilia, motus & quies, Venus, frictio, ambulatio, vectio, equitatio & ſimilia.

78. Foris incidentia ſunt balnea, ungventa & medicamenta alia externa.

79. Sed de horum omnium viribus ἀιτιολογικὴ medicina, de dextro uſu ὑγιεινὴ ſeu ratio tuendæ ſanitatis, de quibus alias, docet.

80. Finis ſanitatis duplex potiſſimùm eſt: Unus actiones edere integras pro natura ſua, alter reſiſtere injuriis externis. Unde firmioris quidem plùs agere & reſiſtere, deterioris minus.

81. Effecta ſanitatis ſunt quæ ſanitatem ſequuntur, & accidentia eius à medicis appellantur.

82. Hæc trium ſunt generum. Alia actiones integræ, alia excreta ſecundum naturam, alia affectus ſenſu perceptibiles; ſive viſu, ut colores convenientes cuique ſanitati, ſive olfactu,

ut odores non adeo naturæ graves; ſive auditu ut ſoni, ructus & ſimiles; ſive guſtu, ut ſapores naturales; ſive tactu, ut caliditas, frigiditas, mollities, durities, atq; alia ejuſdem generis ſecundum naturam.

83. Ab actione integra proficiſcitur robur virium corporis, pro naturæ ſuæ ratione. In optima ſanitate maius robur, in deteriori minus.

84. Ab actione animali cuiuſq; ſanitatis, ſive cuiuſq; ingenij induſtria, ſenſuum vigor & motus voluntarij velocitas vel agilitas.

85. Ab actione vitali animi magnitudo & pulſus ſecundum naturam bonitas.

86. Ab actione naturali appetitus cibi potusque, bona concoctio, nutritio, auctio & generatio naſcitur.

87. Ab excrementorum naturali & debita expulſione, ſpiritus puriores & defæcatus ſanguis.

88. A cæteris paſſionibus ſenſibilibus vita iucunda, aut doloribus ſaltem magnis carens, & pulchritudo naturalis.

89. Ac cùm corpora perpetuò mutentur, ſanitatem hominis aliquando mutari, imò etiam periclitari non rarò, licet unius magis alterius minus, neceſſe eſt.

90. Vt autem vitæ genus liberum [illegible] ſanitatis ſtudio, [illegible] ſanitatis [illegible]

[illegible]

nocet, & longe inde pro ratione naturæ cujusq; hominis tum ſemper are, tum morbi faciunt.

91. Sunt & aliæ magis ſæ quæſtiones, ac diſcuſſiones, utrum actio integra potius quam affectus earum ope e cauſa actionis perſtantur, ſanitas dicatur, & an ſanitas potius in diſpoſitione corporis quam in actione conſiſtat. Sed quia parum ad ſanitatem tuendam curandosq; morbos faciunt, a medicis merito prætermittuntur.

Diſputationum Medicinalium Catholicarum Nona.

DE NEVTRO CORporis humani, ejusque partium ſtatu, quam vulgo Imbecillitatem vocant.

Reſpondente
HINRICO HESSO BRUNſuicenſe Medicinæ ſtudioſo.

THESIS I.

NEuter corporis ſtatus an ſit, à multis in controverſiam vocatur, ſed cum diverſa ratione negari & affirmari queat, Medicus, qui ſimul & ratione & ſenſu nititur, eandem ſtatuat neceſſe eſt.

2. Hic neque ſanitas neque mo[illegible] nominatur, quod inter duo illa m[illegible] ideoq; ab Herophilo perbellè neutra c[illegible] ſpoſitio dici cœpit.

3. A Galeno vero 5. de tuend. [illegible] quidam medius ſanitatis morbiq; [illegible] ac paulo poſt ſanitas κατὰ σχέσιν, [illegible] tas magis vitioſa.

4. Nec tamen apud veteres nec [illegible] ſunt, qui morbum vel morboſum affect[illegible] cet καταχρηστικῶς appellent.

5. Sed potius animadvertendum eſt [illegible] trum corporis ſtatum biſariam dici ab o[illegible] quibusq; autoribus, modo eum, qui inter [illegible] britatem & inſalubritatem, poſt qu[illegible]m [illegible] do ſequitur, medius exiſtit, modo q[illegible] inter ſa- nitatem & morbum habetur, de quorum [illegible] nos diſputamus.

6. Neutra enim conſtitutio & ſtatus [illegible] ſanitatis morbiq; qui & actiones imbecill[illegible] ſine manifeſta tamen læſione per ſe efficit, [illegible] quavis cauſa vel minima quam facilime a[illegible] tur.

7. Ac duplici ratione potiſſimum diſting[illegible] tur: una decidentiæ, altera convaleſce[illegible] ambabus corrigendis ἐπανορθωτικὴ κα[illegible] μικρὰ, id eſt, correctrix ſecundum parv[illegible] rata: huic ἀναληπτικὴ, id eſt, refe[illegible]. [illegible]ροφυλακτικὴ, id eſt, præſerv[illegible] tur.

[illegible]. Neutr[illegible]

8. Neutralitas decidentia eſt natura conſtitutio, quæ à ſanitate ad morbum degenerat.

9. [illegible] latitudinem [illegible] vertatur, unde hæ differentiæ ſumuntur.

10. Neutralitas decidentia alia eſt major, alia minor.

11 Neutralitas decidentia major, quæ in ultima ſanitatis linea exiſtens magis magis, in morbum videre videtur, ut ſecundum Herophilum neutra tantum ſunt.

12. Eiuſmodi autem ſunt omnes & complexiones intemperatæ ſive æquales, ſive inæquales, & compoſitiones partium diſſormitate indecentes, ſi exceſſus tam validus ſit, ut non maior quàm pro ſanitatis terminis, tum etiam minor quàm pro inſalubritate corporis exiſtat.

13. Neq; tamen latitudine ſua caret, cum triplex ſit, una, quæ in ultima ſanitatis linea conſiſtit, licet ad inſalubre paulatim vergat, tamen ſalubri propius adeſt altera, quæ non magis a ſanitate receſſit, quam ad inſalubre acceſſit: tertia, quæ in ultima linea neutralitatis cõſiſtit & ad inſalubre quã proxime accedit.

14. Quarum prima à Galeno in arte parva dicitur accedẽs ad ſalubre, & duobus modis diſtinguitur, unius generis ſunt corpora neutra in tertio ſignificatu pluribus ætatibus ſalubria quam inſalubria, alterius generis ſunt nempe in ſecundo ſignificatu plus de ſalubri quam de inſalubri participantia.

15. Huius igitur erunt intemperies & compoſitiones indecentes, ſi paulo ſupra ſanitatis non exactæ formam excesserint, & [illegible] imbecillitatem [illegible] cum attulerint.

16. Secunda neutralitas [illegible] minoris à Galeno nominatur exquiſitè media inter ſalubre & inſalubre, & iterum tripliciter diſtinguitur. 1. Corporum neutrorum in primo ſignificato. 2. participantium æqualiter ex utroq; extremo quod eſt ſecundi ſignificati. 3. in tertio ſignificato tot ætatibus ſalubrium, quot ætatibus inſalubrium.

17. Huius autem erunt omnes & intemperies & compoſitiones indecentes, m[illegible] magis quam in ſanitate non exacta excedentes atq; imbecillitatem mediocrem afferentes.

18. Tertia neutralitas decidentiæ minoris appellatur accedens ad inſalubre, & bifariam accipitur, una corporum neutrorum ſecundi ſignificati, plus de inſalubritate, quam ſalubritate participantium: altera corporum tertii ſignificati pluribus ætatibus inſalubrium quā ſalubrium.

19. Huius igitur erunt omnes tum intemperies, tum etiam compoſitiones indecentes in hac minori decidentia maximè excedentes ſupra iſtam formam non exactæ ſanitatis.

20. Neutralitas decidentiæ maior, eſt corporum maxime valetudinariorum & aliarum quæ inſalubrium dictorum, quæ actiones omnium

imbecil-

imbecilliores, hoc eſt, ob[illegible] & a minima cauſa facilius [illegible]tur.

21. Quare & in ultima linea neutrorum corporum iuxta Herophilum, & in prima linea ægrorum [illegible] atq; inſalubria corpora omni [illegible] ſe continet.

22. Inveniuntur quoque [illegible] corporum inſalubrium et ſemper, altera inſalubrium ad multum: tertia inſalubrium ut nunc.

23. Sed priores duæ Neutralitates decidentiæ ratione magis cogitari, quam in re ipſa inveniri poſſunt: eo quod actu inſalubre ut nunc ſolum exiſtat & iam ægrotet. Cætera inſalubria potentia magis eſſe dicuntur.

24. Huius igitur maioris neutralitatis in decidentia ſunt omnia corpora maxime valetudinaria, inprimisq; complexio intemperata valde frigida & ſicca, quæ nõ poteſt nõ ſubinde morbis laborare. Poſt hanc calida & humida obnoxia multis fluxionibus ſebribus, & cuiuſvis generis putredini, mox frigida & humida ſimul & morboſa & valde imbecilla: denique inæquales intemperies atq; compoſitiones principalium membrorum magnæ, nec tamen adhuc manifeſtò lædentes.

25. Etſi verò horũ tãta eſt varietas, et enunciari inæquales ſtatus nequeat, tamẽ horũ omnium peſſimũ ſtatũ cũ Galeno affirmamus eſſe, in quo ſimul & gracili habitu corporis & [illegible] renũ a calculo [illegible] a pituita [illegible]ur.

26. Omnem autem conſtitutionem [illegible] quando decidendo in morbum [illegible] per omnes gradus [illegible] eaſque hoc ordine meabit, verum [illegible] ſanitatis fuerit, & [illegible] ad mortem deducitur, primo gradum decidentiæ minoris in ſecunda neutralitate [illegible] perie paulo magis excedente ſubit, [illegible] dum gradum [illegible] intemperatum, [illegible] ro maxime intemperatus, demq. neutralitatem, quæ eſt in inſalubritatis [illegible], [illegible] inſalubris ut non facile, actu jam [illegible] & omnes neutrius conſtitutionis gradus, [illegible] quo ſibi invicem cohærent, jam jam [illegible]

27. Neutralitas convaleſcentiæ [illegible] retur neutralitas [illegible] tendorum [illegible]

2[illegible]. Hæc enim [illegible] quæ ex morbo in [illegible] tem, aut ex alia infirmiori valetudine in meliorem quoad fieri poteſt, tendit.

29. Unde duplex potiſſimum ſtatuitur. Una proprie ſic dicta τῶν ἀνακομιζομένων ἐκ νό[illegible] hoc eſt, convaleſcentium ex morbo: altera [illegible] ſimilis τῶν γερόντων ſenum non quidem omnium, ſed eorum, qui imbecilliores actiones habent, ut ſunt pleriq; ſenes.

30 Senectus enim hominum vel temperatæ complexionis vel calidæ & humidæ [illegible] finem vitæ, aut illud tempus cum [illegible] rat, validas aut ſaltem mediocres actiones [illegible] re queat, permanet ſanitas & [illegible]

[illegible]

neutra [illegible] evadit, aliarum vero quarū quibus major [illegible] [illegible], sub hanc neutralitatem [illegible], adeo ut omnes homines exceptis antedictis [illegible] [illegible] videantur.

31. [illegible], teste Galeno, [illegible] de tuenda sanit. nihil aliud est, quam frigida & sicca complexio, annorum multitudinis ratione proveniens

32. Hæc altera ſpecies hujus neutralitatis triplex diſtinguitur, una ὠμογηρόντων, qui viridi adhuc ſenecta ſunt, altera media, nomine apud Græcos caret, tertia πεμπέλων, id eſt, decrepitorum.

33. Neq; hiſce deeſt latitudo, ſed tamen major in priori neutralitate convaleſcentiæ ex morbo, cujus differentiæ cum ante enumeratis plane congruunt.

34. Nam cum convaleſcentia prima in ultima linea morbi, vel inſalubris ut nunc, exiſtat, per omnes gradus neutralitatis eodem ordine ad ſanitatem quam antea habuit, retrorſum redit.

35. Vbi enim corpus parumper calidum & ſiccum, quod eſt ſanitatis, a naturæ ortu fuerit, & paulò poſt in febrim ſcilicet morbum calidum & ſiccum incidat, morbo curato conva[le]ſcit quidem, ſed manet adhuc multo calidius & ſiccius, ideoq; retinet neutram [illegible] eamq; omnium maxime valetudinariam vel inſalubrem ut potè nova, ubi [illegible] non [illegible]

26. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quando decidentia in morbum [illegible] per omnes gradus neutrorum [illegible] [illegible] ordine mediat, [illegible], qui sanitati [illegible], & [illegible] ad [illegible] tandem ad mortem deducitur: primo [illegible] decidentiæ morbi [illegible] neutralitate [illegible] parte paulo magis excedente ſubit, mox ſecundum gradum magis intemperatum, tertium [illegible] maxime intemperatus, denique neutralitatem, quæ eſt [illegible] [illegible], [illegible] & inſalubritatem [illegible] [illegible], [illegible] & omnes neutrius conſtitutionis gradus, [illegible] ordine, quo ſibi invicem cohærent, [illegible] [illegible].

27. Neutralitas convaleſcentiæ [illegible] diceretur neutralitas [illegible] vel refectionis.

28. Hæc enim [illegible] quæ ex morbo in ſanitatem, aut ex alia infirmiori valetudine in meliorem quo ad fieri poteſt, tendit.

29. Unde duplex potiſſimum ſtatuitur. Una propriè ſic dicta τῶν ἀνακομιζομένων ἐκ νόσου, hoc eſt, convaleſcentium ex morbo: altera [illegible] ſimilis τῶν [illegible] ſenum non quidem omnium, ſed eorum, qui imbecilliores actiones habent, ut ſunt pleriq; ſenes.

30. Senectus enim hominum vel temperatæ complexionis vel calidæ & humidæ cum [illegible] ad finem vitæ, aut illud tempus cum morbo laborat, validas aut ſaltem mediocres [illegible] obire queat, permanet ſanitas & [illegible]

[illegible] gradu, [illegible] omnium quicunque [illegible] attingit. ſub hanc neutralitatem [illegible], adeò ut omnes homines excepti antedictis propriè ſeneſcere videantur.

31. Senectus enim teſte Galeno 5. de tuend. ſanit. nihil aliud eſt, quam frigida & ſicca complexio, annorum multitudinis ratione proveniens

32. Hæc altera ſpecies hujus neutralitatis triplex diſtinguitur, una ὠμογερόντων, qui viridi adhuc ſenecta ſunt, altera media, nomine apud Græcos caret, tertia πεμπέλων, id eſt, decrepitorum.

33. Neq; hiſce deeſt latitudo, ſed tamen major in priori neutralitate convaleſcentiæ ex morbo, cujus differentiæ cum ante enumeratis planè congruunt.

34. Nam cum convaleſcentia prima in ultima linea morbi, vel inſalubris ut nunc, exiſtat, per omnes gradus neutralitatis eodem ordine ad ſanitatem quam antea habuit, retrorſum redit.

35. Vbi enim corpus parumper calidum & ſiccum, quod eſt ſanitatis, à naturæ ortu fuerit, & paulò poſt in febrim ſcil. et morbum calidum & ſiccum incidat, morbo [illegible] conva-leſcit quidem, ſed manet adhuc multo calidius & ſiccius, ideoq; retinet neutram diſpoſitionem [illegible] eamq; omnium maximè valetudinariam vel inſalubrem ut potentia, ubi iterum non [illegible] tant[illegible]

[illegible] frigoribus & hu-
mectantibus calidam ſiccamq; intemperiem relictam, tempeſtiua cauſam multarum inæqualitatum in humore calidam & ſiccam, atque primo in neutralitatē minorem tertiæ neutralitatis, inde ſecundæ, deinde primæ, denique in ſanitatem quam antea habuit, emendare, oportet, ut omnes gradus neutralitatis percurrat.

36. Cauſæ neutri corporis aliæ ſunt externæ προκαταρκτικαὶ dictæ, aliæ προηγούμεναι id eſt antecedentes.

37. Cauſæ externæ quæ ſint & quomodo ob haſce corpus in neutram conſtitutionem conijciatur, alibi conſideratur: internæ hic enucleari poſſunt.

38. Sunt autem humores, vel potius humorum interna diſpoſitio, quæ neutram conſtitutionem corporis eiuſq; partium efficit, & auget, & mediante hac conſtitutione cauſa omnis imbecillitatis exiſtit.

39. Nam cum humores neq; ſecundum naturam prorſum neq; plane præter naturam ſe habeant, tum in quantitate, tum etiam in qualitate, cauſæ neutrius conſtitutionis fiunt & humores non naturales dicuntur.

40. Humores quantitate bifariam peccant aut multitudine, & diſpoſitio hæc plethora [illegible] paucitate & κενεαγγεία appellari poteſt.

41. Plethora autem duplex eſt, vna ad va-

[illegible] humores [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible], quod [illegible] vel [illegible] [illegible] [illegible] brevem [illegible], quod [illegible] brevem amplissimum ac [illegible].

42. Ac [illegible] humorum [illegible] distinguitur, aliud [illegible] est ad vasa, cum humores qua præ multitudine [illegible] & [illegible] ruptionis aut [illegible] [illegible] ad [illegible] calorem nativum copia suffocatur & p[illegible] [illegible], aliaq; mala excitant.

43. Si vero qualitate non naturaliter se habeant, & in toto abundet corpore κακοχυμία oritur, si in parte, tumor. quia si [illegible] incalescant, bilis abundat flava, [illegible], pituita si [illegible], [illegible] si [illegible]tur, seroſus humor. Sunt etiam si secundis qualitatibus vitiū cōtrahant, modò [illegible] & [illegible]ties, modò acrimonia & [illegible].

44. Vnde hi humores non naturales [illegible] vitium contrahunt, & [illegible] gignunt; plures [illegible] [illegible] vitioſa qualitate, præternaturales & cauſæ morborum ſunt, de quibus [illegible].

45. Addo quod præter primas ſecundas, ac tertias qualitates, malignam qualitatem aliquando ſenſum [illegible] & [illegible], unde [illegible] [illegible] malignitate [illegible] [illegible].

46 Itaq; cum neutra conſtitutio [illegible] [illegible] κατὰ σχέσιν [illegible] ſit, [illegible] Galenum cap. 9. artis parvæ, τὸ [illegible] [illegible] ἐν τοῖς χυμοῖς μάλιστα [illegible] σχέσιν, id eſt, humores eſſe illud, in quo [illegible] neutra præſervativa maxime conſiſtit, quia ſi emendantur, ut naturalem ſuum ſtatum [illegible] quo diſceſſerant, nonnihil recipiant, iterum cauſæ morborum fieri non poſſunt.

47. Effecta neutri ſtatus corporis, quæ Medici appellant accidentia, trium ſunt generum 1. Actiones debiles & imbecilles 2. excreta nec plane ſecundum naturam nec præter naturam. 3 affectus ſenſu perceptibiles, iique non naturales.

48. Actiones ἀσθενέστεραι ſive animales ſive vitales, ſive naturales ſpectes, pro diverſitate graduum neutrius diſpoſitionis, aliæ alijs imbecilliores inveniuntur, donec manifeſta læſio determinet & morbum incipiat.

49. Excreta ſunt omnis generis excrementa eaque non naturalia, triplici differentia. 1. In ventre excrementa alui. 2. In venoſo genere, urinæ. 3. Singularum partium propria, ut pectoris, ſputum: habitus corporis, vapor & ſudor. & ſic deinceps.

50. Affectus ſenſu perceptibiles ſive viſu, ut calores ſive olfactu ut fœtores: ſive auditu, ut ſtridores tinnitusq; ſive guſtu, ut ſapores

& ſymptomata ſtupido, & ſimiles à natura degeneratum, & dum non naturales ſunt, neutrius conſiderationem ſequuntur.

51. Effecta eadem diverſa ratione modò accidentia, modò ſigna ſunt accidentia, quatenus hujus ſtatus corpori inſunt; ſigna vero, quatenus neutram diſpoſitionem ſignificant, ſive eandem præſentem oſtendant, ſive futuram prænuncient, ſive præterita memoriæ ſubjiciant.

52. Signa vero neutra quatuor generum habentur, 1. quæ nihil omnino de diſpoſitionibus indicant, 2. quæ nihilo magis ſalubrem quàm inſalubrem, 3. quæ partim ſalubre partim inſalubrem, 4. quæ aliquando ſalubrem aliquando inſalubrem.

53. Sunt & aliæ quæſtiones, an neuter ſtatus ipſa ſit imbecillitas actionum, an vero cauſa imbecillitatis hujus, quas cum Galeno pro nihilo habemus, & Medico futuro conſultum duximus ut ſtatum corporis neutrum exactè callere, atque omnia, quæ ejusmodi ſtatui conſonent, invenire poſſet, præſertim cum quæ imbecillas edunt operationes, in parvis diſtantiys non facile diſcernantur.

Diſputationum Medicinalium Catholicarum Decima.

DE MORBIS EORUMQUE DIFFERENTIIS ATQUE ſPECIEBUS.

Publicè Reſpondente

M. CORNELIO BOKELIO Oldenburgenſi.

THESIS I.

Morbus Græcis νόσος aut νόσημα dicitur, cum homines vel toto corpore vel eius ſaltem partibus laborent, cuius communis notio tanquam axioma medicum omnibus in confeſſo eſt, ſi actiones manifeſto læſas habeant.

2. Sed cū in ijs, qui ægrotant vel præter naturam ſe habent, tria ſint, primum actionis noxa cum alijs Symptomatibus. ſecundum diſpoſitio, unde hæc proveniunt: tertium diſpoſitionis huius cauſa, à qua ſecundario & mediante affectu læſæ actiones, ſymptomata, oriuntur: Vulgus appellat actionis noxam aliaque ſymptomata, morbum. Medici vero rectius

illam

Illum affectum, qui noxam actionis primariò infert & cuius prima ſemper curatio eſt, aut ſaltem eſſe debebat.

3. Veteres [illegible] ante Galenum morbum dicere & ἀῤῥωστίαν, id eſt, infirmitatem, & ἀσθένειαν, i. imbecillitatem: ægrotantes vero non ſolum νοσοῦντας ſed etiam ἀῤῥωστοῦντας i. ægre habentes, & ἀσθενοῦντας. i. parum valentes, & κάμνοντας. i. laborantes.

4. Nonnunquam tamen à recentioribus & a veteribus medicis morbus dicitur paſſio, græcè πάθος vel πάθημα, quaſi morbus ſtatim ſit, cum homines præter naturam afficiuntur patianturve. Sed cum pati, vel ab alio affici præter naturam non revera morbus [illegible] & ad conſtantem diſpoſitionem pervenerit, & actiones antea conſuetas lædat manifeſto, καταχρηστικῶς has denominationes ſortitur, & a doctoribus tantùm de morbis, qui non ſunt diuturniores, nec ægrius auferri queant, intelligitur.

5. Morbus vero eſt ſtatus corporis noſtri præter naturam, qui per ſe & manifeſto actiones læſas efficit.

6. Morbi enim eſſentia formalis conſiſtit in qualitate ſeu habitu immoderationis eorum ex quibus corpus conſtat, tam valde excedentis naturæ modum, ut manifeſtò læſio actionum deprehendatur.

7. Subiectum

7. [illegible] eſt modo longior [illegible] ſua, modo partes eius, modo unitas [illegible] quod in [illegible] ex morbo labo-rent [illegible] ſana ſint manentq́;.

8. Morborum differentiæ aliæ ſunt eſſentia-les, aliæ non, ſed quæ tamen uſui medicorum ſerviunt.

9. Morborum differentiæ eſſentiales varí-ant, & ſecundum diſpoſitiones eorum & ſe-cundum partes vel loca affecta.

10. Morbus ſecundum diſpoſitionem alius eſt intemperiei: alius indecentis compoſitionis: a-lius ſolutionis continui.

11. Morbus intemperiei eſt conſtitutio ſimi-larium partium corporis noſtri præter natu-ram cum exceſſu qualitatum tanto, ut actio-nes manifeſto lædat, unde etiam morbus ſimi-laris dicitur.

12. Morbus intemperiei alius eſt ſimplicis, cum una tantum qualitas præter naturam ſe habet & ad læſionem actionis usq; exuperat: alius compoſitæ, cum duæ qualitates ad eun-dem modum excedunt.

13. Morbus intemperiei ſimplicis, alius eſt intemperiei calidæ, ut in cruribus ab itinere ita excalefactis, ut vel non amplius vel male ſu-ſtentare [illegible] ambulantem: alius frigidæ, unde cor-pus vel congelatur: alius humidæ, ut laxitas ni-mia ligamentorum: alius ſiccæ, ut marcidus vel totius vel partis.

14. Morbus

14. Morbus intemperiei compoſitæ, alius eſt ſine materia, alius cum materia humorum affluente.

15. Morbus intemperiei ſimplicis, alius eſt calidus & humidus, ut in [illegible] ſanguinem [illegible] ſpontanea: alius calidus & ſiccus ut febris: alius frigidus & humidus, ut [illegible] phlegmatia: alius frigidus & ſiccus, ut ſenectus ad quæ eſt morbus.

16. Morbus intemperiei cum materia humorum affluente, alius eſt cum materia ſanguinis, ut phlegmone: alius cum materia bilis, ut Eryſipelas: alius cum materia pituitæ ut œdema: alius cum materia melancholici humoris, ut ſcirrhus.

17. Raro etiam hi humores ſunt ſoli, ſed invicem inter ſe miſcentur, vel æqualiter vel inæqualiter.

18. Morbi intemperiei cum materia duorum humorum æqualiter mixtorum, alij ſunt ſanguinis & bilis, ac medij inter Phlegmonem atq; Eryſipelas dicuntur: alij ſanguinis & pituitæ, medij inter Phlegmonem & œdema: alij ſanguinis & melancholiæ, medij inter Phlegmonem & ſcirrhum: alij bilis & pituitæ, medij inter Eryſipelas & œdema: alij bilis & melancholiæ medij inter Eryſipelas & ſcirrhū: alij pituitæ & melancholiæ, ac medij inter œdema & ſcirrhum.

19. Morbi intemperiei cum materia humo-

rum duorum inæqualiter mixtorum, nomine à vincentis humore denominatione ſortiuntur, altera adjecta, unde quatuor trium generum invenitur.

20. *Phlegmone enim alia eſt Eryſipelatodes, in quo ſanguinis plus abundat, bilis minus: alia œdematodes, in qua pituitæ minus. alia ſcirrhodes, in qua melancholiæ parum.*

21 *Eryſipelas aliud eſt phlegmonodes, in quo bilis plus, ſanguinis minus: aliud œdematodes, in quo bilis plus, pituitæ minus: aliud ſcirrhodes, in quo bilis plus, melancholiæ minus.*

22. *Oedema aliud eſt phlegmonodes, in quo pituitæ plus, ſanguinis minus: aliud Eryſipelatodes, in quo bilis minus, pituitæ plus: aliud ſcirrhodes, in quo pituitæ plus, melancholiæ minus.*

23. *Scirrhus alius eſt phlegmonodes, in quo melancholiæ plus, ſanguis minus: alius Eryſipelatodes, in quo melancholiæ plus, bilis minus: alius œdematodes, in quo melancholiæ plus, pituitæ minus.*

24. *Nec deſunt morbi in quibus tres vel quatuor humores ſimul confluunt modò æqualiter, modo inæqualiter.*

25. *Morbus indecentis compoſitionis eſt conſtitutio inſtrumentalium partium præter naturam in vitioſa aut conformatione, aut magnitudine, aut numero, aut conſtructione,*

tam vel in partium quibuſdam cauſa eſt, in quo aſſumi manifeſto oſtendatur, vel aliæ quæ huic uſum prohibent, per ſe ipſa actionem impediant.

26. Itaq; morbi compoſitionis alij ſunt in conformatione, alij in magnitudine, alij in numero, alij in conſtructione partium.

27. Morbi in conformatione ſunt naturali formatione ita permutata, ut vel penitus operationem prohibeant vel ſaltem impediant, & alij ſunt in figura vitioſa, alij in cavitatum vel meatuum tum magnitudine, tum multitudine oblæſa, alij in ſuperficie vel aſperiori vel leviori plus juſto facta.

28. Morbi figuræ alij ſunt nativi, qui ex utero matris depravati afferuntur, ita ut imbecillum corpus inde reddatur, ut figura viſcerum prava, vel capitis depreſſi, vel crurum brachijve in contrarium actorum; alij ſunt extrinſecus accedentes.

29. Morbi figuræ pravæ extrinſecus accedentes multi in oſſibus & vulneribus ſanatis conſpiciuntur, ut crurum & pedum detorſio, quæ deterius ingredi faciat; articulorum ex ſuis ſedibus deciſio in vehementia arthritidis, coxæ callus ſupercreſcens.

30. Morbi cavitatum vel meatuum, alij ſunt nimis patentium, alij nimis clauſorum.

31. Morbi cavitatum vel meatuum nimis patentium ſunt: extenſio, laxatio & dilatatio.

32. Morbi cavitatum vel meatuum nimis clauſorum ſunt, coalitus, obſtructio & anguſtia.

33. Morbi compoſitionis in ſuperficie duo numerantur, unus aſperitas, altera lævitas [illegible] [illegible] et quæ noceat.

34. Morbi magnitudinis item duplices ſunt: alij aucti alij diminuti magis quam pro natura & uſu a[illegible].

35. Morbi magnitudinis auctæ: 1. corpulentia creſcentis corporis morboſa. 2. Hypoſarcoſis 3. lingua major ſupra modum 4. E[illegible] tumor. 6. ſtruma.

36. Morbi magnitudinis diminutæ ſunt: 1. tabes. 2. corpus minus quam pro natura. 3. Rhoeas. 4 ubera minora quam pro lactationis uſu.

37. Morbi in numero alij ſunt in abundantia partium corporis, alij in defectu earum.

38. Morbi in abundantia partium ſunt: 1. ſcabies 2. lepra. 3. unguis in oculo. 4. [illegible] 5 Aſcarides. 6. calculus in veſica & renibus. 7. excreſcentiæ variæ

39. Morbi in defectu partium ſunt: 1 mutilationes digitorum vel aliarum partium 2. linguæ amiſſio. 3. uvæ ablatio. 4. dentium amiſſio. 5. oſſium exemptio ex capite vel ex aliis partibus 6. teſticulorũ exectio. 7. pilorum amiſſio, cujus generis ſunt calvities quædam & alopecia.

40. Morbi

40. Morbi conſtructionis alij ſunt in poſitu, alij in non naturali partium cum vicinis copulatione.

41. Morbi in poſitu ſunt Epiplocele. 2. Enterocele.

42. Morbi in non naturali connexione ſunt, linguæ nexus in ijs qui recte loqui neſciunt. 2. pudendorum nexus. 3. Palpebrarum coalitus. 4. ligamenti relaxatio. 6. luxatio. 7. ſubluxatio.

43. Morbus ſolutionis continui eſt conſtitutio communis & ſimilaribus & inſtrumentarijs partibus præter naturam, in qua pars corporis non manet una, ſed in duas vel plures dividitur, eaque de cauſa actio læditur.

44. Morbi ſolutionis continui non niſi per differentias ſubiectarum partium variant.

45. Ac morbi antedicti omnes multis modis inter ſe componuntur: modò duo, ut tumor, ubi eſt & morbus intemperiei in materia affluxa: & morbus in magnitudine aucta; modò tres, ut in tumore exulcerato & inflammato, ubi præter hos duos accedit ſolutio continui.

46. Morbi etiam alij ſunt fientes, vel in fieri eſſe, qui adhuc ſunt in generatione, alij facti, qui ſunt in facto eſſe, alij partim fientes, partim facti.

47. Morbi ſecundum loca affecta multum variant.

48. Morbi enim alij ſunt totius corporis, alij ſingularum partium, ſive ſupremi ventris, ſive imi, ſive extantium.

49. Neq; hæ differentiæ medico ſufficiant, ut cuius ſubjecto ſua quæq; diſpoſitio dignoſcetur.

50. Sic intemperies alia eſt æqualis, alia inæqualis.

51. Æqualis intemperies eſt vel totius corporis, vel unius alicuius partis, cum omnes & partes & particulæ ſimilares eandem excedentem morborum intemperiem conſimilem habuerint.

52. Inæqualis intemperies eſt, cum partes corporis quædam diſsimilem & ſibi invicem diſſentientem intemperiem morboſam nactæ ſint, ut ventriculi frigidioris & Epatis calidioris.

53. Æqualis intemperies alia eſt totius corporis, alia ſingularum partium.

54. Morbus intemperiei totius corporis alius eſt calidus & humidus, quem cogitatione potius quam nomine aſſequi licet: alius eſt calidus & ſiccus, ut febris, alius frigidus & humidus, ut Anaſarca, hydrops: alius frigidus & ſiccus, ut marcor ſenectutis & ſimiles.

55. Morbus intemperiei in ſingulis partibus à capite ad calcem usq; exacte prius in principalibus, poſtea in minus principalibus membris diſtinguendus eſt.

58. Etſi verò octo generum morbi intemperiei

in [illegible] poſſunt: tamen [illegible] nomina omnia morbi [illegible] uſitati in genere [illegible].

57. Nec aliter utroque morbi tam ſimilarium partium, tam partium inſtrumentalium, & in conformatione & in magnitudine & in numero & in connexione æſtimantur.

58. Morbi ſolutionis continui in quovis fere ſubjecto nomina peculiaria habent.

59. Morbus enim ſolutionis continui, alius eſt in ſimilaribus, ubi quæq; ſpecies ſuum nomen obtinet: alius in inſtrumentarijs, qui ἀπόσπασμα id eſt avulſio dicitur.

60. Morbus ſolutionis continui in ſimilaribus alius eſt in carne, & ulcus dicitur. alius in oſſe, & fractio: alius in venis & ruptio: alius in nervis & convulſio: alius in membranis & excoriatio.

61. Haſce differentias eſſentiales ſequantur aliæ, quæ uſui medico ſerviunt, & ratione majoris minorisq; vel motus vel morum morbi differant neceſſe eſt.

62. Etſi enim omnis morbus genere unum eſt: tamen ſecundum magis & minus multum a ſe invicem differt.

63. Vnde morbi notabilis etiam latitudo, pro qua alius morbus eſt lenis alius gravis, alius periculoſus, alius lethalis.

64. Cui diviſioni etiam ſubdiviſio intemperiei [illegible]. Alii intemperies morbi eſt

valde parva, alia valde vehementia, alia media poſt quas ipſa mors ſequitur.

65. Nec alia ratione differentiæ intermittentium morborum & ſolutionis communiter intelligi debent.

66. Deinde à motu, alij morbi ſunt breves, qui paucis diebus ad finem perveniunt, ut Ephemera febris, alij diuturni, qui diu protrahuntur, ut hydrops, melancholia.

67. Rurſus etiam à tempore acceſſionis partium motus morbi diſtinguuntur, unde alius morbus eſt celer vel velox, alius tardus.

68. Tempora enim morbi quatuor ſunt: 1. principium quando inſtat cruditas morbi. 2. augmentum quamprimum obſcurior coctio apparet. 3. ſtatus cum coctio & omnia ſymptomata vigent. 4. Declinatio ubi bona coctio apparet cum paucitate materiæ & mitigatione ſymptomatum.

69. Atque hæc duplicia conſiderantur, alia univerſalia morbi, cum totum morbum à principio ad finem ſpectamus, alia particularia, cum eadem in paroxiſmis eorum morborum qui hos habent, eodem modo quatuor numeramus.

70. Nam convaleſcens æger omnia & morbi tempora pro ratione motus vel velocioris vel tardioris percurrat neceſſe eſt.

71. [illegible] moriuntur & in principio morbi & in augmento, & maximè in ſtatu [illegible], in declinatione vero nunquam.

72. Tertio [illegible] & [illegible], quos [illegible] medicina valde [illegible] morbum [illegible], in quo non facile [illegible], alium malignum, in quo [illegible] metuenda eſt, ſed tamen non [illegible] moriendum eſt.

73. Deinde & alium paruum, qui mitiores habet ſymptomata, alium magnum, qui vehementiora, licet etiam alijs de cauſis magnus quoq; dici ſoleat.

74. Tertio & motu & mora morbi faciunt morbos acutos, qui ſunt & morbi magni & ad ſuum vigorem celeriter properant.

75. Horum alij ſunt cum febre, ut pleriquè acuti morbi, alij ſine febre, ut Apoplexia, [illegible]nus.

76. Acuti morbi, alij ſunt acuti ſimpliciter, qui ultra 2[illegible]. dies nō extenduntur, alij ἐκ μεταπτώσεως, i.e. ex decidentia, qui 40. diebus finiuntur.

77. Acuti ſimpliciter, alij ſunt acuti, alij peracuti.

78. Acuti morbi etiam duplices, alij exacti, qui ad 14. uſque diem porriguntur, alij vero non exacti qui ad 20. uſq; durant.

[illegible] quoque morbi alij ſunt [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] qui ad ſeptimum uſque [illegible].

50. [illegible] morbi alij ſunt [illegible], [illegible] qui multis ſimul communes ſunt: alij [illegible], [illegible] qui [illegible] hunc modo illum ſeorſim apprehendunt.

51. Morbi univerſales alij ſunt [illegible], i. regionales qui perpetuo locum quendam tenẽt, alij [illegible] i. Epidemij morbi vel vulgares, qui [illegible] per aliquod tempus in aliquam regionem graſſantur.

52. Morbi Epidemij alii ſunt mites qui habent mitiora ſymptomata, & ex quibus plerumque convaleſcunt ægri, alii exitiales, qui multos interimunt, ut peſtilentes febres, & omnium maxime peſtis ipſa, cujus proprium eſt maximam partem ægrorum interimere

53. Sunt & aliæ differentiæ, quæ modo à cauſis [illegible], aliæ [illegible] ab aliis quæ quidem medico uſui ſerviunt, ſed tamen ſpecies morborum non conſtituunt, ſumuntur. Sed de his rectius in ſuo quoque morbo diſputare particulatim licet.

Differ-

[illegible]

Diſputationum [illegible] Medicinæ [illegible]

[illegible]

DE CAVSIS MORborum præcipue internis.

Reſpondente

JOACHIMO REVCHLINO Ruppincuſi.

THESIS I.

VT I Philoſophi *univerſa contemplantes, magno ſtudio in cauſis indagandis incumbunt. οὐκ enim, inquit princeps, [illegible] εἰδέναι πρὶν λάβωμεν [illegible] περὶ ἑκάστου: Sic medici neque [illegible] agnoſcunt, neq; [illegible] poſſint, norunt [illegible].*

2. *Empiricorum [illegible] inſulſæ conatus, abſque [illegible] rum progreſſu, [illegible] cauſis [illegible] & circumcidere, cum [illegible] cohærcant morbi ex [illegible] [illegible] ſonant & [illegible]*

3. Cauſæ autem non ſimpliciter, ſed morborum tantum in hac παθολογικῇ diſputatione explicandæ ſunt, neq; etiam hæ omnes, cum multæ ad αἰτιολογικὴν pertineant, ſed eæ ſolum quæ in corpore conſiſtunt.

4. Hæ à veteribus προηγούμεναι appellabantur, quæ denominatio ipſi quoq; Galeno placuit, à recentioribus vero internæ cauſæ vel procreatrices morborum.

5. Sunt quoq;, qui hoſce affectus corporis internos cauſas lædendæ actiones dicunt, ſed quia non niſi interventu morbi, actionem labefactent impropriè.

6. Cauſa enim morborum hoc in loco eſt diſpoſitio quædam præter naturam, quæ morbum ipſum præcedit, efficit, & ſecundario actionem lædit.

7. Etſi enim humores ſpiritusq; propter quos homo ægrotat, cauſæ morborum internæ dicuntur, tamen hi non niſi diſpoſitione qua, à naturali ſtatu ſuo diſcedunt morbos gignunt.

8. Nam ſi quantitate exceſſerint, eorum diſpoſitio plethora dicta, cauſa multorum morborum exiſtit.

9. Sed quia ſanguis ſolus ad ampliſſimum exceſſum in copia, alij humores non niſi ſimul corrumpantur vitiumq; ac labem contrahant, pervenire poſſint, duplex plethora à Galeno ſtituitur, una ſanguinis in maxima abundantia, altera humorum aliorum, ſi cum ſu-

quos

gulæ ablnitur & in parua copia ſunt corru-
ptum excidetur.

10. At vero qualitate vitium contrahens, ta-
lis diſpoſitio humorum Cacochymia dicitur.

11. Hæc alia eſt ſanguinis, alia pituitæ, alia
bilis, alia atræ bilis.

12. Sanguis ſi corrumpitur, in biliam vel fla-
uam vel atram tranſit ſæpe, ſed vitium non
ſanguini ſed aliis humoribus aſcribitur, ſæpius
tamen ſanguis vitioſus eſt & cauſa morborum
redditur, quia erodit.

13. Pituita quæ gignit morbos ſua qualitate,
vitioſa eſt pituita & præter naturam.

14. Hæc alia eſt cruda, alia acida, alia vitrea,
alia ſalſa.

15. Pituita cruda eſt naturali pituita frigi-
dior, modo tenuior ut aquea dicatur, modo
Craſſior, ut mucilaginoſa & lenta, cuius cau-
ſa est inprimis vel edacitas vel nimium otium
vel balneum poſt cibum. Effectus eius in toto
corpore eſt illa ſpecies Hydropis quæ leucophleg-
matia dicitur, in partibus aliis, tumor œ-
dema dictus.

16. Pituita acida eſt, quæ præter coctionem
in ventriculo factam in Epate ulterius coqui-
tur, ſed propter paucum calorem acida fit, at-
que aceſcit multo frigidior, eiq; in toto corpore
cauſa maioris cruditatis flatuum & ructuum
in ventriculo cauſa etiam famis ſpuriæ.

17. Pituita vitrea eſt omnium frigidiſſima

rundi tenax vitro fuſo tum ſubſtantia tum co-lore ſimilis. Effectus quod ſi ut intrinſecè, vitium modo crudit is ſi vero in loco aliquo calido obſtruitur, vehementiſſimos excitat dolores, unde ſi in inteſtinis, fortes colicæ oriuntur.

18. Pituita ſalſa eſt quæ acrimoniam & ſalſedinem contrahit propter putredinem quando computruit dulcis & portiones eius quædam vi putredinis aſſæ, reliquæ dulci ſubſtantiæ permiſtæ ſalſum hunc ſaporem inducunt: eſtque morborum omnium ex deſtillatione, vitiligenis & pruriginoſæ ſcabiei fons & origo.

19. Bilis etiam vitioſa modo morboſa, modo præter naturam dicta multas habet differentias, pro quarum varietate diverſimode afficit morbosq́ producit.

20. Prima citrina eſt, valde amara, plus iuſto calidior & ſiccior. cuius in toto corpore effectus eſt, vel Icteritia, vel febris cū ſiti vehementi. In ſtomacho faſtidiū, in cerebro inſōnia, hæc tamē flaua bilis morboſa etiam dicitur.

21. Secunda bilis præter naturam eſt bilis pallida, quæ minus calida eſt quàm flaua, multo tamen humidior. Fit enim per admiſtionem ſeroſæ humiditatis, ideoq; etiam tenuior exiſtit fons & origo puſtularum & ſcabiei ulceroris.

22. Tertia bilis præter naturam eſt bilis vitellina, longe calidior ſicciorq;, imo etiam craſſior flava bile vitellis ovorum ſimilis, quod fit

[illegible] humidiorem, tum partes [illegible] unde ſanguinea bile flava dicitur, & cauſa atra bilis aduſta ſit.

23. Quarta bilis eſt æruginoſa ab æruginis colore quæ in ventriculo generatur. Cauſa ejus ſunt alimenta mala ſucci, vel mala [illegible] ventris. Effectus ejus diarrhœa & ſyncope [illegible]

24. Quinta bilis eſt iſatodes ab iſatide [illegible] colorem referens, fit cum à calore aucto æruginoſa magis uritur.

25. Melancholicus humor vel ater ſuccus vitioſus & præternaturalis: alius eſt acidus: alius acris.

26. Acida Melancholia eſt quæ fit per ebullitionem in humido exſuperante calido, & eſt cauſa famis caninæ.

27. Acris Melancholia atra bilis dicitur, non etiam exitialis propter effectum ejus ſatis periculoſum, ſed duplex habetur.

28. Una atra bilis non exacte, quæ fit Melancholico humore ſuperaſſato, qui vel in maſſa ſanguinea continetur, vel in ſplenem repurgatur. Effectus ejus ſunt ſcabies ſicciores, lepra, elephantiaſis, cancer & carbunculus.

29. Altera atra bilis exacte talis eſt, quæ fit ab atra bile ex flava bile ſuperaſſata genita. Hæc omnes partes corporis quibus adhæret exedendo exulcerat, & erodit [illegible] fermentat ideoque magis [illegible] exiſtit.

30. *Humores etiam maligni quandoque [illegible] & qui ſi naturam [illegible] in peſtilentialibus febribus, in [illegible] & ſemine retento & in [illegible].*

31. *Morbi etiam intemperiei ſue [illegible] atque alias diſpoſitiones, quæ tanquam cauſæ morborum præcedunt, habent.*

32. *Reliqua quæ contentorum [illegible] plectimur, Hippocrati* τὰ συγγε[illegible] *dictæ cauſæ morborum exiſtunt ut ſpiritus & omnes porro humores, excrementa item quando naturæ legibus non continentur, ſed de ejus bonitate multum decedunt.*

33. *Ea autem omnia* ἔξωθεν *ab extrinſecus irritantur externarumque injuria inſurgunt commoventurque, ſed quæ alterius generis cauſæ [illegible] ſtatuuntur, hic vero* αἴτια ε[illegible] [illegible] ὁρμώμενα *comprehenduntur ac proponuntur.*

34. *Solent etiam aliquando plures cauſæ eſſe, ad unumque effectum conſpirare ac concurrere, quæ cum ordine ad cauſas externas morborum ſeſe extendant hac ſerie ac deductione proſtant, ut prima moveat ſecundam, ſecunda tertiam, atque ita deinceps donec morbus [illegible] fit.*

35. *Vnde cauſæ internæ aliæ ſunt* προη[illegible] *dictæ ſimpliciter, & ſine adjectione [illegible] liæ continentes vel conjunctæ.*

36. Continens ſeu conjuncta cauſa illa eſt, quæ corpori inſerta adeoq; connexa eſt, ut proxima morbo videatur, nullaq; ratione, niſi morbo etiam ſublato, tolli poſſit ut putredo in febri.

37. Antecedens quæ in corpore conſiſtit, poſterior continente, morbum excitat immediatè, ut in febri putredinem excitaverit obſtructio, obſtructionem genuit calefactio humorum, hi vero calefiunt a ſpiritibus qui rurſus ab externa aliqua cauſa ut pote mora diuturniore in ſole vel aliis.

38. Cæterum ſciendum, harum alias per ſe propriis viribus nullius interventu, alias per accidens aliquo monitore ac impulſore concitatas ad rem inſurgere eamq; moliri.

39. Neq; omnes æqualibus inter ſe viribus congredi, ſed quaſdam primario ac principaliter agere, principales ob id dictas: reliquas vero primis adjumento eſſe συναίτια quaſi concauſas: alias vero neque primò movere neque coadjuvare, abſentia tamen rem impedire.

40. Modus autem generationis morborum ex cauſis eorum quæ in corpore noſtro, ita perſicitur, ut unumquodq; quod morbum ſit effecturum, & tempus & magnitudinem exigat ac præterea patientis corporis aptitudinem.

41. Non igitur ſemper ob quamlibet harum cauſarum morbus oritur, niſi & cauſæ efficientis quan-

tis quantitas par exiſtat & quæ à cauſa externa in corpore diſpoſitio introducta validior æqualis ſit corpusq; hominis facile a naturali habitu recedat.

42. Sic laſsitudo & calefactio & ſimplex quæ febrem accendere ſolent, ſi parva ſint exiguumq; tempus durent multoq; magis ſi totum corpus minus idoneum ad ſuſcipiendam febrem fuerit, nihil tale efficient.

53. Cauſæ magnitudinis adauctæ ſupperadditis præter naturam, vt in œdemate & aliis ſunt quoque totidem 1. materiæ qualitas præter naturam 2. virtutis expultricis robur.

54. Modus autem fit, dum corpus multos inutiles humores collegerit & vires expultrices tam validæ ſunt vt deponere in aliam partem ſupervacaneum queant.

55. Cauſæ morborum magnitudinis diminutæ ſunt. 1. materiæ vtilis defectus. 2. imbecillitas naturalis virtutis. 3. ſectio aliqua 4. vſtio 5. putrefactio. 6. immodica refrigeratio 7. mutilatio alicujus partis.

56. Modus per quem gignitur ex defectu materiæ & imbecillitate potentiæ magnitudo diminuta, ante dicto plane contrarius exiſtit.

57. Sectionis & exuſtionis exempla quotidie ob oculos verſantur, ſed quomodo juſtæ magnitudini cum læſione actionum non parum detrahant facile patet.

58. Putrefactio fit dum vel tranſpiratio per conſtipationem prohibetur, vel medicamenta putrefaciunt, vel excrementa in noſtro corpo-

ri gemma occaſionem præbent, & dum [illegible] aliquid corpori, vel membro deceit, magnitudo iuſta diminuitur, atq; talis morb. [illegible]

59. Refrigeratio nimia ſuffocat & plane extinguit calorem nativum, inde ſi partis [illegible] um refrigeratæ aliquid intereat, morbus magnitudinis diminutæ oritur.

60. Poſtremò ratio mutilationis partium [illegible] extra accedens, quæ quomodo iuſtam magnitudinem diminuat cuivis facile conſtat.

61. Cauſæ morborum in numero aliæ ſunt morborum in abundantia partium; aliæ morborum in defectu earum.

62. Cauſæ morborum in numero abundantium & deficientium partium eædem ſunt, quæ morborum in magnitudine & fiunt eodem modo, niſi quod hic partes integræ vel accreſcant, vel deficiant, illic partibus aliquid tantum accedat vel decedat.

63 Cauſæ morborum conſtructionis, aliæ ſunt morborum in poſitu, aliæ morborum in non naturali cum vicinis copulatione.

64. Cauſæ morborum in poſitu ſunt. 1. motus ſubitarij & vehementes. 2. humores copioſiores. 3. figura oblæſa. 4. externæ iniuriæ, vel ruptiones vel inciſiones, vel fracturæ.

65. Motus vehementes & repentini faciliè hanc vel illam luxationem, aliaque ſimilia cauſant.

66. Humor copioſior ob lentitiem membra corporis imprimisq́; articulos oſſium lubrica reddit, dum ligamenta madefacit atque laxat.

67. Figura oblaſa vel in prima formatione fœtus vel poſt in fracturis ſuperciliorum, ſeu labiorum, cavitatis articulorum curandæ, dum nimis ſupina ac ſuperficiaria, paruḿq; profunda fuerit, cauſa eſt exarticulationis.

68. Externæ iniuriæ & aliàs conſtant & alibi explicandæ veniunt.

69. Cauſa morborum in non naturali cum vicinis copulatione ſunt 1. coalitus imbecillior. 2. ligamenti laxatio. 3. eorundem intenſio aut etiam ruptio.

70. Atq; hæc fiunt cum communicatio ad vicinas partes pro huiusmodi variis occaſionibus depravatur.

71. Cauſæ morborum ſolutionis continui, ſunt duplices, aliæ quæ extrinſecus adveniunt aliæ quæ ex ipſo corpore ortum habent.

72. Cauſæ extrinſecæ vulnerum & ſimilium morborum ſunt omnia, quæ vulnerare ac collidere apta ſunt.

73. Cauſæ internæ eorundem morborum duæ inveniuntur. 1 Immodici ac ſine ordine motus animales. 2. Humorum vitia, quæ corrodendi vim habent, atque horum generatio modus antea propoſitus eſt.

24. Denique cauſæ morborum [illegible] [illegible] partibus corporis [illegible] communes, [illegible] inſtrumenta [illegible] [illegible]

Diſputationum Medicinalium Catholicarum Decima quarta.

DE SYMPTOMATIbus morborum, & eorum differentijs atque ſpeciebus,

Publicè Reſpondente

JOANNE CALENO Northuſano.

THESIS I.

Symptomatis vocabulum πολύσημον dupliciter a veteribus uſurpatum apud ipſum Galenum legitur.

2. *Primo ſignificat in genere omne id, quod præter naturam corpori evenit, qua quidem ſignificatione & ipſum morbum, & morbi cauſam internam προηγουμένην Græcis dictã, & ſymptoma in altero ſignificato exprimit.*

3. *Deinde in ſpecie denotat, ac magis propriè, quicquid corpori, morbo, [illegible] exceptis, præter naturam accidit, [illegible] acceptum volumus.*

4. Secundò

4. Nonnulli veterum Græcorum Medicorum ἐπιγεννήματα vocarunt, verùm cùm minus approbaverit uſus, nos vocabulum ſymptomatis retinemus.

5. Quod ſi & accidens & πάθημα dixeris, parum refert: nec tamen illud συμβεβηκὸς intelligi volumus, quod Galeno accidens eſt, ſanorum duntaxat conſtitutionem conſequens, nec πάθημα propriè de hoc ſymptomate dictum concedimus.

6. Eſt autem ſymptoma affectus præter naturam, qui ſemper morbum conſequitur.

7. Symptoma enim morbum aut continenter, aut alio ſymptomate interveniente ſequitur

8. Inde fit, ut ſymptoma unum alterius cauſſa ſæpe exiſtat.

9. Symptomatis verò eſſentia formalis in qualitatis habitu corporeo διαθέσει h. e. diſpoſitione dicta; quæ veluti umbra morbum ſequitur, conſiſtit, nec quæ adhuc fiunt, ſed quæ facta præter naturam ſubſiſtunt & morbum ſequuntur, ſymptomata nominantur.

10. Subiectum ſymptomatis eſt corpus modò totum, modo eius partes.

11. Hinc ſymptomatum differentiæ eſſentiales atq; generales variant, tùm ſecundùm διαθέσεις id eſt diſpoſitiones: tū etiā ſecūdū ſubiecta.

12. Primùm igitur ſecundum diſpoſitiones ſymptomatū ordines tres dantur. Unus eorum, qui ex actione læſa proficiſcuntur: alter eorum

quæ

quæ ſunt affectus corporis noſtri : tertium eorum, quæ ſunt excretorum & retentorum immoderationes.

13. Deinde ſymptoma actionis læſæ aliud eſt abolitæ, aliud vitioſæ.

14. Symptoma actionis vitioſæ aliud eſt diminutæ, aliud depravatæ.

15. Symptoma actionis læſæ, aliud eſt naturalis, aliud vitalis, aliud animalis.

16. Symptoma actionis naturalis læſæ aliud eſt læſæ attractionis, aliud læſæ retentionis, aliud læſæ concoctionis, aliud læſæ expulſionis.

17. Mox pro ſubiectorum varietate, aliud horum eſt in membris primæ concoctionis, hoc eſt, in ventre, aliud in membris ſecundæ concoctionis, ſcilicet hepate, & venis, aliud in organis tertiæ concoctionis, hoc eſt, in partibus corporis ſingulis & toto habitu.

18. Symptoma igitur attractionis talis læſæ in ventriculo, aliud eſt abolitæ, ſcilicet privatio attractionis, cum ventriculus conveniens nutrimentum omnino non trahit: aliud diminutæ, ſcilicet imbecillitas attractionis, cum vix ægre & longo tempore: aliud depravatæ, cum aliquid pravè & non rite trahit, ut ſtercus in Iliaca ex inteſtinis ad ſeſe, bilem æruginem in picrocholis & ad ſe, & ad caput rapit.

19. Ex ſymptomatibus attractionis abolitæ aliud eſt privatio attractionis cibi, quæ unæ

petentia naturalis quoque dicitur: aliud attractionis potus, quæ privatio deſiderij pot9 eſt.

20. Ex Symptomatibus attractionis in ventriculo diminutæ aliud eſt imbecillitas attractionis cibi: aliud imbecillitas deſiderij potus, & inappetentia vel cibi vel potus remiſſior dicitur.

21. Ex ſymptomatibus depravatæ attractionis in ventriculo, aliud eſt cibi, aliud potus.

22. Ex ſymptomatibus depravatæ attractionis cibi, aliud eſt canina appetentia, aliud βουλιμία, aliud privatio non tantum mulierum, ſed quandoque etiam virorum.

23. Ex ſymptomatibus depravatæ attractionis potus, aliud eſt, cum immodicum potū poſtulant, aliud cum alienus deſideratur potus.

24. Ac ſymptomata omnia reipſa ſunt cognoſcenda, licet pleraq; ut in hiſce & alijs, nomine careant. Abolita n. attractio paralyſis ſtomachi dicitur, multa innominata manent.

25. Rurſus ſymptoma retentionis læſæ, aliud eſt abolitæ, ut privatio retentionis omnimoda, cum prorſus nō ventriculus amplectitur: aliud diminutæ, ſc. debilis retentio, cum vel nō probè undiq; amplectitur, vel non tantoperè, ut concoctio continuetur: aliud depravatæ, cum circa cibos ſe ventriculus cōſtringit, ſed vel palpitatione, vel cōvulſione, vel tremore vel concuſſione.

26. Symptoma retentionis cibi imbecillæ, cum nō probe complectitur, ſequuntur duo alia ſym-

ptoma-

[illegible] vel tarditas concoctionis, ubi ventriculus alterat, ſed ægre & ſpatio longiore, Græcis βραδυπεψία. aliud depravatio, cum ventriculus in alienam qualitatem cibos mutat, Græcis δυσπεψία.

34. Symptoma quoque, quod vulgò [illegible] ab his [illegible] generibus [illegible] conſtituunt, ipſa nihil differt, ſed omnibus ſpeciebus malæ concoctionis a Galeno attribuitur.

35. Quarta ſymptomata expulſionis læſæ in Ventriculo. aliud eſt abolitæ, ut privatio excretionis per inferiora, quam in [illegible] quibusdam ſpecieb. cernere licet, aliud diminutæ, ut imbecillitas excretionis alui, quæ in tardis dejectionib9 inſtrumētorū cōſcitur. aliud depravatæ, ut cū vel priusquā cocoƈtio & [illegible] eſt, excernit, vel ea abſoluta, inæqualiter fit, vel tū quā impos ſui in cibos irruit minime moderato motu utens.

36. Expulſionis depravatæ in vētre ſymptōmata duo præcipua, 1. vōit9 & defectio [illegible] ciborū. 2. dejectio hūida vētris, ſed diverſa ratione: hujus, quòd ea, quæ ad exactā concoctionē perveniūt, pri9quā digerantur, excernantur, illi9 antequā perfecte coquantur, expellantur.

37. Nec deſunt ſymptōata, in quib9 læſiones duarū ſimul actū naturaliū in vētriculo, miſcetur, quæ ideo ſymptomata duarum naturalium dicuntur, cujus generis ſunt vomitus, ſingultus, nauſea.

38. Vomitus eſt commune ſymptoma [illegible] facultatum [illegible] retentricis & expultricis. Re-tentricis, quod [illegible] retinendi, [illegible] [illegible], ſed ſuperne in [illegible], quæ [illegible] ſeruntur. [illegible] [illegible] eſt, quæ [illegible] in capacitate ventriculi, & [illegible] ventris [illegible], motus expultricis [illegible] [illegible] pravo per ſuperiora quā [illegible] [illegible].

39. Singultus itidem eſt commune ſymptoma tàm expultricis, quàm retentricis, huius, quod ventriculus, cum ſingultit, prave & [illegible] raliter cibos complectitur, [illegible]ius, quod primum eius eſt ipſe motus expulſionis pravus, qui cupit, quod in corpore ventriculi contriſtat, reiicere.

40. Ructus eſt commune ſymptoma earundem duarum, retentricis, quod flatus ventris retentione deſcendere prohibetur, expultricis, q; hæc ſursū verſus in præceps trudit & eructare facit.

41. Symptoma autem naturalis actionis læſæ in hepate & venis, aliud eſt attractionis læſæ, aliud retentionis læſæ, aliud concoctionis læſæ, aliud expulſionis læſæ.

42. Symptoma læſæ attractionis in hepate & venis, aliud eſt abolitæ, cùm attractio omninò non fit: aliud diminutæ, cū eſt imbecillior attractio: aliud depravatæ, cū nō rectè attrahit.

43. Symptoma abolitæ attractionis, aliud eſt in hepate aliud ſeroſi ſanguinis in ramis venarum.

44. Symptoma abolitæ attractionis in hepate eſt, cum attractio chyli omninò non fit.

45. Symptoma abolitæ attractionis in renibus fit, cum renes ſeroſum humorem propter imbecillitatem non attrahunt & ita veſica vacua manet.

46. Renes ſive planè non, ſive diminutè ſerum perperam ejus & venæ trahunt, ſequitur atrophia, id eſt, tabes.

47. Poſteriori ſequitur aut ſubſtantiæ ſtatus hydropum, aut fluxus alvi humidior, dum ſeroſus humor in ventrem mittitur.

48. Symptoma læſæ retentionis in hepate & venis, aliud eſt abolitæ, cum ſanguinem planè non retinent, ut in fluxu narium immodico; aliud eſt diminutæ, cum ſanguinem tamen non retinent, ut ſanguificatio abſolvatur, id quod fit in hepaticis fluxionibus per alvum & in crebriori ſanguinis fluxu per nares ex imbecillitate hepatis. aliud eſt depravatæ, cum non rite, ut decet, retinent, ſive immodicè, ſive aliter.

49. Symptoma læſæ concoctionis in hepate & venis, quæ ſecunda dicitur concoctio, aliud eſt abolitæ, ut privatio ſanguificationis, cum humores fiunt planè crudi: aliud diminutæ, cum ſemicocti: aliud depravatæ, cum vitioſi ſucci ſunt.

50. Symptoma concoctionis ſecundæ abolitæ vel fruſtrationis in ſanguificatione ſequitur hydrops tympanites: diminutæ, leucophlegmatia, depravatæ, icteritia quædam & ſcorbutus.

51. Symptoma læſæ expulſionis in hepate & venis, aliud eſt ſanguinis, aliud excrementarũ.

52. Symptoma læſæ expulſionis ſanguinis, aut vel abolitæ, cum ſanguis, qui ex [illegible] naturaliter debebat, planè non expellitur, vel diminutæ, cum multo minus & tardius, quam opus eſt, excernitur, vel depravatæ, cum non rectè, vel debito modo ſanguis exit.

53. Expulſionis ſanguinis abolitæ ſymptomata ſunt 1. Retentio menſium omnimoda. 2. Hæmorrhoides cæcæ, ubi planè non fluit ſanguis, ut natura poſtulat, vel non valens expellere, vel nimium robuſta, ita ut omnes alios humores ad partem aliam potius, quam ad ordinarios meatus expellat.

54. Expulſionis ſanguinis diminutæ ſymptoma eſt & menſium & hæmorrhoidum fluxus naturalis, vel paucior, vel imbecillior, quam pro naturæ modo.

55. Expulſionis ſanguinis depravatæ ſymptomata rurſus differunt, alia, in quibus multum ſanguinis affatim excernitur, alia in quibus minutim.

56. Symptomata excretionis ſãguinolẽtæ multæ, 3 ſũt ſpecies. 1. Ipſiꝰ ſãguinis fluxꝰ apud eos, qui exercitationẽ dimiſerunt, natura, vel per circuitꝰ, vel recludẽdo ora per nares, & ſimilia immodicè expellit. 2. Cũ aquoſꝰ ſãguis veluti ſeicoctꝰ per inferiora, ſimilis loturæ carniũ, expellitur, antequã concoctio rectè abſolvatur per

eadem

eadem via, per quam epar attraxit. 3. Melancho-
lia ſimiliter, ſanguinis modo per inferiora mo-
do per ſuperiora, modo per utraq; ſi ſcilicet ſā-
guis per ſeſe coctus eſt, ſed quia nō totꝰ digeri
tur, & [illegible] detinetur aſſatur q;, a na-
tura expulſus, nigrior, & ſplēdēs tāquā ex ſā-
guine & bile nigra mixtꝰ, cū recta progredi ne-
queat, ad ventrem excernendū requirit.

57. Excretio ſāguinis [illegible] quæ ſēſim, minutim
q; fit, alia eſt in diminuta excretione nigri ſā-
guinis, nō ſplēdētis, per aluū. alia hæmorrhoi-
dū apertio, diſſeteria propriè dicta, ubi alias per
ſāguis, alias cōcretꝰ, imò nō raro puris exiguū
quid, & ulcerum cruſtulæ atq; membranoſa
ſimul excernuntur.

58 Expulſionis excrementorum ſecundæ con-
coctionis læſæ, ſymptoma aliud eſt amaræ bilis
excrementitiæ, in veſicā fellis, indeq; per al-
vum, aliud melancholici humoris excrementitij
in ſplenem, indeq; per aluum, aliud urinæ per
renes & veſicam.

59. Symptoma expulſionis in excretione bilis
flavæ per veſicam fellis, aliud eſt abolitæ, ut cū
nihil bilis in veſicam excernitur, ūde Icteritia;
aliud diminutæ, cum imbecillior expulſio eſt
aliud depravatæ, cum nō in eum locū, in quem
debebat, ſc. inteſtina, ſed in venas & caput
expellendo truditur, unde icteritia alias ſolet
[illegible].

60. Eadē ratio eſt in expulſione atræ bilis in lione

Prima abolitæ, cum nihil melancholici humoris natura excernere poteſt. Altera diminutæ, cum expellit debiliter. Tertia Depravatæ, cum aut immodicè, ut in exuperatione ſanguinis melancholici u-gi ſanguinis fluxu atrabilario dicto, aut nimium, aut intempeſtivè, ut in cæcis hæmorrhoidibus.

61. Symptoma excretionis urinæ per renes & veſicā triplex quoq; habetur, unum abolitæ, quod eſt privatio excernēdæ urinæ, ἰσχουρία dicta. Secundum diminutæ, quod eſt difficulter excernendi, δυσουρία dicta. Tertiū ſymptomatū genus in prava emiſſione urinæ coſiſtit, cū vel inæqualiter & guttatim excernitur, ut in ςραγγουρίᾳ, vel immodica copia, ferè ſine intermiſſione, ut in diabete.

62 Symptoma naturalis virtutis læſæ in tertiæ concoctionis membris aliud eſt in toto habitu corporis, aliud in ſingulis membris.

63. Symptoma naturalis virtutis læſæ in toto habitu corporis aliud eſt attractionis, aliud retentionis, aliud concoctionis, aliud expulſionis.

62 Symptoma læſæ naturalis attractionis in toto habitu corporis, aliud eſt abolitæ, ubi planè non attrahit alimentum ſuum, aliud diminutæ, cum no ſufficiens trahit, aliud depravatæ, cum perperam, quæ ſymptomata omnia tabes totius corporis ſequitur.

61. Symptoma læſæ naturalis retentionis in habitu corporis aliud eſt abolitæ, aliud diminutæ,

alud

aliud depravatæ, cujus ſymptoma inſeparabile ſemper eſt tabes.

66. Symptoma læſæ concoctionis in habitu corporis aliud eſt abolitæ, quam vel ἀτροφία ſolitaria vel hidrops ſequitur, aliud diminutæ, quā vel gracilitas ſalte corporis, vel multo tēpore ipſa tabes cōſtatur, aliud eſt depravatæ, quæ non ἀτροφίαν, ſed κακοτροφίαν, id eſt, mutationē habitꝰ corporis in aliena forma, ut leuken, vitiliginem, elephantiaſin, hodie lepram dictam affert.

67. Symptoma expulſiōis læſæ in habitu corporis aliud eſt inſenſibilis vaporis, aliud ſudoris

68. Atq; hoc rurſus aliud abolitæ excretionis, cū plane nihil homo excernere poteſt, quā ſequitur laſſitudo tēſiva, aliud diminutæ, quā ſequitur laſſitudo ulceroſa: aliud depravatæ, unde ſudores ſanguinolēti, vel aliàs immodici & ſimiles.

69. Symptomata verò naturalis actionis læſæ in ſingulis corporis partibꝰ cū quodvis mēbrū, quatenꝰ naturale 4. actionib. conſtat & quævis harū trifariā lædi poteſt, duodecim, in quo vis membro ratione naturalis actionis læſæ numerari meritò poſſunt.

70. Sed multa ſunt ſymptomata, quæ à læſione duarum vel plurium actionum naturalium ſimul proveniunt, ut Ictericia, quæ non tantum ex immodica retentione, ſed etiam depravata expulſione ſimul fit, ut dictum eſt. [illegible] etiā Ictericia quædā inveniuntur, quando

ſiccatio vel alteratio hepatis læſa fit, quæ ab intemperie eius nimis calida & ſicca producitur.

72. Symptoma actionis vitalis, id eſt, pulſus læſi, aliud quidem eſt aboliti, quod dicitur Græcis ἀσφυξία id eſt, pulſuum privatio, aliud diminuti, ut pulſus parvi & debiles, aliud depravati ut κακοσφυξία id eſt, pulſus vitioſi.

73. Symptoma actionis animalis læſæ aliud eſt motivæ, aliud ſenſitivæ, aliud rectricis.

74. Symptoma actionis motivæ læſæ, ſi diſpoſitionem ſpectes, aliud eſt abolitæ, & immobilitas dicitur: aliud diminutæ, cum ægre movetur, ut infirmius motus, aliud depravatæ, unde pravus motus.

75. Immobilitas & infirmitas motus genere unum ſunt, pravi verò motus quatuor ſpecies nominantur. 1. Convulſio. 2. tremor. 3. palpitatio. 4. rigor.

76 Sed & illa ſymptomata variantur ſecundum ſubiecta, & varias habent ſpecies.

77. Symptoma enim aboliti motus voluntarij immobilitas alia in toto eſt, & dicitur apoplexia, alia in partibus corporis, & dicitur paralyſis.

78. Rurſus paralyſis alia eſt lateris totius à capite uſq; ad pedes, alia ſingularum partium.

79 Paralyſis lateris alia eſt dextri, alia ſiniſtri.

80 Paralyſis partium ſingularum alia eſt

partium

partium facie, alia partium infra faciem.

81. Paralyſis partium faciei alia eſt tortura oris, alia paralyſis linguæ, alia oculorum.

82. Paralyſis linguæ, alia eſt totius, alia ſemilinguæ.

83. Paralyſis oculorum alia eſt oculi, alia palpebrarum eius.

84. Paralyſis palpebrarum alia fit cum procidentia oculi, alia cum perverſione obliqua.

85. Paralyſis oculorum alia fit cum delapſu palpebræ, cum muſculi reſoluti faciunt, ne attrahant palpebræ, alia fit, cum attracta ſurſum fuerint, ut oculus claudi nequeat.

86. Paralyſis partium infra faciem alia eſt inſtrumentorum ſpirandi, ut apnœa, alia eorum, quibus vox fingitur, ut ἀφωνία, alia innominata, ut modo manuum, modò pedum, modò digitorum manus pedisq; modo aliarum inferiorũ partium corporis, ut in effluxu involuntario urinæ paralyſis muſculi σφιγκτῆρος & ſimilium.

87. Symptoma diminuti motus voluntarij, infirmus motus dictus eſt, alius in toto corpore torpor propriè dictus, alius eſt in alijs atq; alijs partibus, qui nomine plerumq; caret, et in exceſſu defectuq; multùm differt.

88. Symptoma motus depravati convulſio, cũ invito muſculus & tenditur & attrahitur ad ſuum principium, alia in toto corpore, alia in partibus eius.

89. Convulſio in toto corpore alia eſt cum abolitione mentis ut epilepſia, alia mente ... hac ſalva ut ſpaſmus triplex 1. Τετανος. 2. ἐμπροσθότονος. 3. ὀπισθότονος.

90. Convulſio partium corporis alia eſt muſculorum mandibularium convulſio, in qua ... vita dentium concuſſio fit: alia muſculorum, qui in oculis habentur ſtrabiſmus: alia muſculorum, qui expiratum efficiunt, ab Hippocrate, ſpiritus inter exeūdum offendens dicta, alia aliarum partium innominata.

91. Secundum ſymptoma motus voluntarii Tremor, eſt motus imperfectus mutilusq; quo corpora deorſum ſuo pondere merguntur, rurſum autem in altum à virtute attolluntur.

92. Tremoris igitur motus depravati duo ſunt: unus qui membrum deijcit: alter, quem virtus attollens contrà, ſed non ſatis opponit.

93. Tertium ſymptoma depravati motus voluntarij dicitur palpitatio, in qua partes palpitantes, etiamſi in quiete fuerint, nobis invitis attolluntur & deorſum aguntur.

95. Quartum ſymptoma depravati motus voluntarij rigor, & motus inæqualis & violentus, cum concuſſione, ſed alius totius corporis proprie ſic dictus, alius cutis tantum, qui horror etiam denominatur.

95. Rigor enim proprie dictus eſt totius corporis motus inæqualis cum concuſſione, violentus & præter voluntatem eveniens ob ...

qualem validū & violentum illapſum invaſionē, & rapidâ caloris innati, vaporoſi redditi.

96 *Horror vero eſt ſolũ cutis motũ inæqualis violentus, qui præter voluntatem per quosdam inſultus cutem quatit, totum autem corpus non concutit.*

97. *Sunt & alia ſymptomata læſi motus mixti ex naturali & animali, verùm ita obſcura, ut non facile conſtet, cui aſſignari debeant.*

98. *Hujus generis ſunt: 1. Tuſſis. 2. Sternutatio. 3. Pandiculatio. 4. Oſcitatio.*

99. *In tuſſi eſt naturalis motus, quatenus validus eſt motus expulſionis; animalis vero, dum ſpiritus quem natura efformavit, beneficio muſculorum thoracis, plurimus ſimul celerrimeq́ foras actus attrahit, propellitq́ ſuo impetu, quæ vias pulmonis vel aſperæ arteriæ obſtruunt.*

100. *In ſternutatione æque validus motus eſt expulſionis naturalis, ſed animalis motus vel impetus ſpiritus longe major exiſtit, dum & caput & pulmo uno impulſu ſpiritum vehementer emittunt, una via, ſcilicet per naſum, altera per nervos pectori principium tradit: ſicq́ ſternutatio eſt ſymptoma partim animalis partim naturalis actionis læſæ.*

101. *In pandiculatione etiam duo motus deprehenduntur, unus naturalis, ſcilicet motus expulſionis mediocris, quo natura perſpiratũ halituoſi excrementis molitur, alter animalis muſculorũ omniũ totiũ corporis, quo diſtẽdũtur, ut halituoſa*

[illegible] evacuent. Symptom[illegible] tarij motus pravi & naturalis eſt, ſed hujus minus, illius magis.

102. Oſcitatio rurſus eſt partim motus naturalis expulſionis mediocris, partim [illegible] tarius pravus, dum ſoli inferioris [illegible] muſculi diſtenduntur, & continenter [illegible] poroſum & craſſum expirando ex[illegible].

103. Symptoma læſæ actionis ſecundum [illegible] ſpoſitionem duplex eſt: unum abolitæ, ἀναισθησία, id eſt, inſenſibilitas, alterū vitioſæ, δυσαισθησία, id eſt, malus & difficilis ſenſus, ſub quo & diminutus ſenſus & qui perperam obitus eſt, intelligitur.

104. Symptoma læſæ ſenſitivæ actionis quoq; ſecundum ſubjecta variat.

105 Symptoma læſæ ſenſitivæ in oculis aliud eſt abolitæ ut cæcitas, aliud diminutæ, ut ἀμβλυωπία viſus obſcuritas, vel hebetudo, aliud depravatæ, cum oculi colore, figura magnitudine vel ſitu mutati videntur.

106 Symptoma læſæ ſenſitivæ in auribus, aliud eſt abolitæ, ut ſurditas, aliud diminutæ ut βαρυηκοΐα auditus gravitas, aliud depravatæ, ut obauditio.

107. Symptoma læſi guſtus in lingua aliud eſt abolitæ ut plane nihil guſtare; aliud diminuti, ut non ſatis guſtare; aliud depravati, quo caſu quæ guſtantur omnia falſa vel amara, vel alia qualitate affecta videntur.

108. Nau[illegible]

108. Symptoma læſi odoratus in naſo aliud eſt aboliti, ut ſi planè nullum odorem percipiat; aliud diminuti, ut ſi odores vix ſentiat; aliud depravati, ut ſi alienum & diverſum [illegible] odorari videatur.

109. Symptoma læſi tactus re quia videtur eſt triplex, licet proprias appellationes nō habeat: aliud eſt aboliti, cum planè non ſentitur [illegible] durum &c. quod ſicut de motu paralyſis fere dicitur; aliud diminuti cum vix & imbecilliter, quod etiam torpor, aliud depravati cum aliena qualitate.

110. Sed cum alij ſenſus omnes, tum verò maximè tactus egregium ſymptoma in actione ſua pendet, dolorem & voluptatem.

111. Nam & oculi ex lucis ſplendore dolorem, ex cærulei aſpectu ſuavem voluptatem; & aures ex magno, aſpero ſono dolorem, ex ſuavi concentu voluptatem; & nares ex fœtore dolorem, ex ſuavi bene redolenti voluptatem; & lingua ex ſapore valdè acerbo dolorem, ex dulci voluptatem percipit.

112. Maximi tamen dolores & voluptates ſenſui tactus contingunt, ut non rarò etiam in aliis ſenſibus proprij non ſint, ſed tactus beneficio ſentiantur ſicut in phlegmone aurium.

113. Dolor quoq; ſecundum ſubiecta variat, ſed rarò propriū nome ſortitur, ut dolor capitis brevis κεφαλαλγία dolor capitis diuturnus, ὠταλ-

γία

γ\`α & ſimiles plerią; nomine carentes, ut dolorem ... liens &c.

114. Voluptatis depravatæ ſymptoma eſt pruritus; cætera orationi deſcribuntur.

115. Symptoma principis vel rectricis ... nis læſæ iterum aliud eſt imaginationis, aliud ratiocinationis, aliud memoriæ.

116. Symptoma læſæ imaginationis aliud eſt abolitæ, ut caros & catalepſis, cum facultas imaginatrix, veluti paralyſi plane reſolvitur & conſopitur; aliud diminutæ, ut coma & lethargus, cum præ imbecillitate deficit multum; aliud depravatæ, ut delirium.

117. Symptoma læſæ ratiocinationis aliud eſt abolitæ; ut ἄνοια, id eſt, dementia ſeu amentia, aliud diminutæ, ut μωρία ſeu μώρωσις, ſtultitia, aliud depravatæ, ut delirium quoddam.

118. Symptoma læſæ memoriæ aliud eſt abolitæ ut plane deperdita memoria, quam in convaleſcentibus a peſte Athenienſi oblivio nominis ſui, ſuorumą; cognatorum cæpit; aliud diminutæ, ut memoria multorum imbecillior; & aliud depravatæ, cum vel non rite vel aliena pro veris memorat.

119. Nec rarò & ratiocinatio & imaginatio præſertim in delirantibus ſimul depravantur, aliquando tamen altera harum tantum.

120 Symptomata ſecundi generis ſunt, quæ cõſiſtũt in corporis aff... & ſecundũ ... qui n... exteriorẽ ſenſuũ æſtimatione ...

audibilia, odorabilia, guſtabilia, tangibilia.
121. *Spectabilia ſunt, fœdi colores, totius corporis vel eius partis, ut in Ictero, leucophlegmatia, vitiligine, Elephantiaſi, Eryſipelate, carbunculo, gangrænis apparent.*
122. *Audibilia ſunt ſoni præter naturã, au rium ſonitus, pulmonũ & faucium ſtertores, raucedines, dētiũ ſtridores, rugitus, crepitꝰ & ſimiles.*
123. *Olfactibilia omnis generis fœtores, nõ excrementorũ tãtũ, ſed corporis totiꝰ vel partis, narium, axillarũ, auriũ, ructus acidi, nidoroſi graveolenter, in primisq; in reſpiratu & in difflatu.*
124. *Fœtor autẽ in reſpiratu eſt, cũ quod circumdantis nos aeris per fauces attrahitur & rurſus emittitur, graveolentiam habet.*
125. *Fœtor in difflatu eſt, cũ ei quod per totũ corpus exhalat & perſpirat, gravis odor contingit, unde etiã perſpiratus fœtor Galeno dicitur.*
126. *Guſtabilia sũt alieni ſapores linguam & palatũ inficientes, ut amaror bilis, ſapor acidꝰ ſalſus, viroſus &c. quem æger in ſudore, ſaliua, ſanguine profluente per os vel alia occaſione, percipit & Medico narrat.*
127. *Tangibilia quæ tactu percipiuntur; ut in cute dura, laxa, arida, rugoſa, ſcabra vel in toto corpore vel in parte.*
128. *Tertiũ genus in immoderatione excremẽtorũ, quãdo citius vel tardius juſto excernũtur, conſiſtit, idq; triplici ratione diſtinguitur Peccant enim ſubſtantia, quãtitate aut qualitate.*

129. Subſtantia dupliciter peccant. 1. Cum quicquid excernitur, toto genere præter naturam eſt, ut calculus, lumbrici, arenulæ. 2. Cum id, quod eijcitur, non præter naturam, ſed tantum illius excretio, ut ſanguis ex naribus, auribus, ore, vomitione, veſica, aluo vel alio modo non legitimo profluens vel ſputo reiectus. Item in dyſenteria inteſtinorum ramenta, carunculæ è pulmonibus vel renibus exulceratis reiectæ.

130. Qualitate, cum color eorum à naturali recedit, ut quando apparet lividus, niger, viridis in urinis, deiectionibus menſium, ſputis & ſimilibus, aut graveolentia ijs ineſt, aut ſapor amarus, aut ſalſus, acidus, aut lentor, acrimonia vel ſimilis qualitas.

131. Quantitate, quando plus minuſvè quàm naturæ modus poſtulat, excernuntur vel retinentur, quorum hòc in ſuppreſsione urinæ, illud in diabete & ſimilibus.

132. Hæ ſunt præcipuæ ſymptomatum ſpecies ſed tamen ipſæ quoq, particulatim ſubdividendæ, & tunc plures emergent, quæ vel in practica traduntur, vel, ubi deſunt, ſolertiæ medici perfecti eruendæ relinquuntur.

133. Quin etiam diligenter diſtinguenda ſunt ſymptomata ab operibus naturæ, quòd hæc in commodum hominis fiant, caq; ſæpè cum labore virtutis & providentia de ſalute: illa verò læſiones, aut cum læſa actione ſint.

Diſputationum Medicinalium Catholicarum Decima quinta.

DE SYMPTOMATUM cauſsis & modo generationis ex eis.

Reſpondente

M. JOANNE DIETERO

THESIS I.

SYmptomatis cauſſam Medici, qui experientiâ ſolâ nituntur, & ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας Empirici nominantur, inquirendam eſſe negant, ſed falsò.

2. *Nam id quod curatur, non ſymptoma eſt, ſed cauſſa eius, ſi veram curativam ſpectamus. Quantum igitur cognitione cauſſæ horum quis fallitur: tantum medendo errabit.*

3. *Cauſſam verò ſymptomatis noſſe aliquando facile eſt, ut in morbis manifeſtis, aliquando difficile, ut in latentibus, aliquando etiam impoſsibile, ut in ijs quos DEUS & Natura incognitos atq; incurabiles vel optimo cuique Medico vult eſſe.*

4. Cauſſa ſymptomatis hoc in loco non quodquid ad eius generationem confert, ſed effectrix ſola dicitur.

5. Cauſſa igitur ſymptomatis eſt, quæ ſymptoma gignit, fovet & auget, ſic efficit.

6. Hæc aliquando vna tantum eſt, aliquando plures ſimul concurrunt certo ordine, ut vna moveat alteram, omnes ſimul agentes ſymptoma producant.

7. In harum numero cauſſa ſymptomatis alia eſt continens, alia remotior vel ſecundaria.

8. Cauſſa continens ſymptomatum eſt, à qua primò & per ſe ſymptomata oriuntur, & qua ſublatâ ſymtomata ſponte evaneſcunt.

9. Cuius generis eſt morbus vel morbi eſſentia.

10. Etſi enim ſymptomata à ſymptomatibus & alijs quandoque oriuntur, tamen prima & principalis cauſſa, quæ per ſe hæc omnia producit atque effecta reddit, eſt morbus.

11. Cauſſa ſymptomatum remotior aut ſecundaria eſt, quæ vel mediante morbo ſymptoma producit, vel etiamſi continenter & immediatè efficere videatur, tamen non niſi morbo primario gignente conſiſtit, aut ſymptoma efficit.

12. Cuius generis ſunt 1. cauſſa morborum.

4. facultas Naturæ a morbo tamen incitata.
5. Symptoma, quod à continente cauſſa motum, introducendis alys ſymptomatibus ſecundariò ſimul agit.

13. De cauſſis morborum internis, vulgò antecedentibus dictis, quod continentes cauſſas ſymptomatum præcedunt, antea diſputatum eſt. De externis quæ internas irritant, vnde προκαταρκτικαὶ percommode appellantur, in αἰτιολογικῇ medicinæ plura.

14. Has Galenus nominat cauſſas redactas in vitæ rationem, & ea quæ extrinſecus incidunt aliquando etiam externos errores.

15. Illas vitia nutrimenti, quæ rurſus in abundantiam atque qualitatem diducit, vnde plethora atq; cacochymia antecedentes duæ cauſſæ primariæ morborum exiſtunt.

16. Præclare etiam monet ſymptomata à cauſſis hiſce remotioribus introducta, facile diſcuti, quod ſcilicet morbo nondum facto, vel facultate nondum læſa, cauſſæ antecedentes humoresq; peccantes, aut neutram conſtitutionem tantum, quæ facile tolli poteſt, gignunt, aut ſi morbum fecerint in fieri eſſe ac nequaquam eum, qui radices egit & in facto eſſe dicitur.

17. Cauſſæ verò ſymptomatum continentes ſcilicet morbi læſam facultatem aut virtutem alteram efficiunt, vna ratione ſubſtantiæ ſuæ vitæ, altera morbi alicuius inſtrumentalis.

18. *Quæ in facultatis ſubſtantia noxæ inci-dunt, ſunt intemperies quædam qualitatum, quod ab his tantum ipſa ſubſtantia facultatis labefactatur.*

19. *Quibus facultas tantum impeditur, ſunt noxæ morborum inſtrumentalium.*

20. *Fieri quoque ſolet, ut cauſſæ continentes ſymptomatum & ex intemperie & ex inſtru-mentali morbo ſint compoſitæ, ideoque vtroque modo noxiæ inveniuntur, ut facultatis ſub-ſtantiam & labefacient, & impediant.*

21. *Symptomatum igitur quæ ſint continen-tes cauſſæ & quomodo ex his generentur, ver-bi gr. in læſis naturalibus actionibus ventricu-li, videbimus.*

22. *Symptomatum in actione naturali eaq; prima attractrice ventriculi læſa id quod eſt a-bolitio ideoque ſtomachi paralyſis vel relaxati-o dicitur, cauſſa eſt morbus modò in intemperie ſine materia ſi ad ſummum excedit; modo cum materiâ, ut phlegmone, eriſipelas, œdema, & ſcirrhus, modò compoſitio mala, modò ſolutio continui.*

23. *Fit autem ex intemperie ſolâ, ut homo nihil appetat neque attrahat, maximè omni-um ventriculo nimium refrigerato: deinde et-iam calefacto, quanquam rarius; poſtremò non niſi ſenſim & longo tempore poſt alios morbos, vel nimis humectato ut poſt hydro-*

pe n- ... , ut poſt maraſmum & ſenium.

24. Sed alia ratio eſt, in phlegmone vel alio tumore ventriculi, quod morbus & ratione affluxæ materiæ cum intemperie & obſtructionis gulæ totius a tuberculo carneo ipſi innato, omnem cibi attractionem aboleat.

25. Nam in his & ſimilaris morbus & inſtrumentarius exiſtit cauſſa ſymptomatis id eſt attractionis abolitæ, dum hic ſua obſtructione omnino impediat, ille ſubſtantiam & facultatem omnem deſtruat.

26. Neque ſilentio prætereundum eſt paralyſin ſtomachi fieri quoq; ex ſolutione continui, ſi vel ventriculus imprudenter in tumore eius diſſecetur, ideoque attractio omnis aboleatur, uno tridui ſpatio plerumq; moriantur, vel œſophagus ab acribus ſupra modum exulceretur ac inſanabilis reddatur.

27. Eadem attractio cibi potuſq́; ſæpè diminuitur, unde appetitus imbecillis attractioq́; omnis rarior, in qua ſtomachus relaxari incipit.

28. Hæc ſequitur minorem vel exceſſum intemperiei, vel tumorem vel obſtructionem vel ſolutionem continui modo, quem ex ſuperioribus intelligere ſatis licet.

29. Deniq; depravatur cum vel cretam, lutum & aliena vehementer appetat ac citiſſimè

attrahat, pica dicta, vel etiam nimia [illegible] cibi uſitati, quod & in ſingulari form[illegible] tunicæ interioris quibusdam nimia tra[illegible] accidit & μαλακία.

30. Pica [illegible] non tantum in mulieribus gravidis ſed etiam in viris atq; in infantibus diverſorum annorum cum vitioſus ſuccus in orificium ventriculi ſeu tunicam interiorem affluxit & procubuit, cuius cauſſa continens eſt morbi intemperies cum materia vitioſa.

31. Βυλιμία ſub qua etiam caninam appetentiam comprehendimus, fit cum aut refrigeratur os ventriculi, unde dolet adeo præ fame, ut ſi non ſtatim cibus diu noctuq; adſit, in ſyncopen ægri incidant: aut vitioſus ſuccus acris in tunicas ventriculi influat, mordicet, & appetentiam immodicam ſine intermiſſione cieat, huius ſymptomatis cauſa continens eſt, intemperies frigida & ſicca ventriculi cum affluxa materia, modò pituitæ ſalſæ, modò melancholiæ acidæ.

32. Retentio ventriculi quoq; læditur tribus hiſce modis, unde primum retentionis laſæ ſymptoma eſt eius privatio omnimoda, vel abolitio.

33. Fit autem cum ventriculus cibum potumve nec amplectitur nec retinet, nedum perf[illegible] unde vel vomitus maximus, qui per ſuper[illegible] ſtatim reycit, vel lienteriæ illa ſpecies in [illegible] cibus nihil immutatus per inferiora exit.

34. S[illegible]

34. *Symptomatis huius cauſſa eſt morbus vel in æqualis intemperiei ventriculi, vel etiam ſolutio continui.*

35. *Secundum ſymptoma retentionis dimi-nutæ eſt imbecilla retentio cibi potusque, ut cum vel non probe undiquaque amplecta-tur, vel non tam diu retineat, ut concoqui queat.*

36. *Prius comitantur flatus plures etiam cum murmure ventris & fluctuationes, quo-rum hæ tanto copioſiores, quanto plus po-tus aſſumitur.*

37. *Poſterius ſequitur vel vomitus, quo ce-lerius juſto per ſuperiora cibus potusue reyci-tur, vel altera lienteriæ ſpecies, in qua pa-rum immutatus cibus per inferiora exit.*

38. *Vtriusque generis ſymptomatum ex re-tentione imbecilli ortorum cauſſa continens eſt, vel humida intemperies ventriculi, vel nimia laxitas modò ſuperioris, modò infe-rioris orificij eius atq; etiam interiorum tuni-carum.*

39. *Tertium ſymptoma eſt retentionis de-pravatæ, cum vel immodice cibum potum-que ventriculus retineat, vel pravo quoque motu.*

40. *Illud fit cum nihil per inferiora exeat,*

aut ſi quid excernatur durum exiſtit, nec quan-tum par ſit, unde ſentiunt poſt cibum ſemper ſeſe magis circa præcordia conſtringi. Cauſſa huius eſt intemperies ventriculi nimis ſicca.

41 *Hoc vero contingit cum ventriculus movetur motu pravo, cujus ſpecies quatuor Galenus numerat 1. Tremorem ventriculi. 2. Palpitationem. 3. concuſſionem. 4. ſingultum.*

42. *Tremor quidem eſt partium quæ ſurſum deorſumq; feruntur motus involuntarius duplex, ſed ventriculi hæc noxa eſt veluti tremor, cum in eo inſueta difficultas, acidus ructus quiſpiam & diſplicentia non facile interpretabilis ſentiatur.*

43. *Fit igitur ab intemperie frigida vel ſola vel cum affluxâ materia ſive bile ſive pituita, ſive melancholia accida, ſive alio alieno humore, dum difficulter fertur & nolens volensq; retinetur.*

44. *Palpitatio ventriculi facilius ſentitur, & fit cum flatus geniti vel ex intemperie frigidâ, vel ex pituitá quæ in calido loco ſemper in eos vertitur, exitum quærunt nec inveniunt.*

45. *Concuſſio ventriculi quæ cum rigore ſimili febricitantibus plerumq; poſt cibum evenire ſolet, cauſſa eius continens eſt inæqualis intemperies ventriculi frigidi & calidi hepatis.*

4[illegible]. [illegible] ventriculi eſt quaſi convulſio [illegible] ut muſculorum tantum, ille etiam ventriculi, qui muſculus non eſt.

4[illegible]. Fit autem motu pravo retinendi quod in corpore ventriculi contriſtat & natura expellere conatur, cujus cauſſa continens eſt vel intemperies ventriculi frigida ſola, vel intemperies cum materia, vel etiam inæqualis, vel ſolutio continui, dum acria, ut piper & ſimilia ingrediuntur, orificium ejus mordeant & erodant.

48. Concoctio ventriculi ſubit eadem ſymptomata triplicia; unum abolitionem, quæ græcis ἀπεψία latinis omnimoda cruditas dicitur: 2. diminutionem in qua tardior & imbecillior fit concoctio, græcis βραδυπεψία latinis tardior concoctio dicta, eodem nomine cruditatis, licet ſit minor: 3. depravatio, cum ventriculus aut nimium concoquendo cibos corrumpit, aut in alienam qualitatem cibos convertit, græcis δυσπεψία tertia ſpecies cruditatis, latinis ciborum corruptela.

49. Απεψία autem fit, cum ventriculus nihil quidquam alterat, nec immutat, cujus cauſſa eſt, morbus vel omnis immoderatæ intemperiei inprimiſque frigidæ & humidæ cum materia pituitæ; vel compoſitionis, cum quid ventriculo innaſcatur atque concoctionem impediat, vel ſolutionis continui.

50. βραδυπεψία fit, cum ventriculus cibos quidem diſſolvit, ſed non conficit, quin potius iiſdem gravatur, ac ſi emittit per ſuperiora, ſemicoctos evomit aut ſaltem ructus acidos ejicit, ſi per inferiora, iiſdem ſemicoctos ac immoderatos crepitus edit. Cauſſa hujus ſymptomatis eſt morbus omnis intemperiei, quæ attamen virtutis dejicit ac imminuit, ſed in primis frigidæ.

51. Δυσπεψία, cruditas illa quæ corruptela ciborum dicitur, fit aut cum calor nativus optima temperie quatuor qualitatum vim concoquendi plurimam in corpus ventriculi copioſius confert, & materiam alimentorum facilem coctu, ut ſaxatiles piſces &c. corrumpit & putreſcere facit.

52. Aut cum exſuperans caliditas ignea protinus cibos corrumpat, generatim convertat in nidoroſum ructum atq; fœtorem, in ſpecie vero in id, quod vel tanquam virus vel tanquam lutum vel tanquam crudos piſces vel aliam alienam qualitatem oleat.

53. Symptomatum horum cauſſa continens eſt vel calida intemperies ventriculi nimia, vel inæqualis intemperies ejus.

54. Poſtremò Symptomata expultricis facultatis ventriculi læſæ itidem in tria genera dividuntur: unum expulſionis abolitæ, alterum diminutæ, tertium depravatæ.

55. Aboletur enim expulſio in ventriculo,

cum flatus ex imbecilli calore in tarda concoctione geniti, neque per ſuperius neq; per inferius os ejus exire queunt, ſed aggravant, quod græce ἐμπνευμάτωσις, latinis inflatio dicitur.

56. Fit vero cum ventriculus ex frigiditate nimia vel inæquali intemperie impotens ad excrementum flatuoſum emittendum redditur. Cauſſa igitur ejus eſt morbus intemperies frigidæ vel inæqualis.

57. Deinde diminuitur expulſio in ventriculo, cum aut minor pro multitudinis comeſtorum dejectio fiat, aut celerius conſuetum tempus prævenit expulſio.

58. Hoc accidit cum ventriculus eſt imbecillior quàm prius, ab accedente intemperie quavis imprimisq; humidiori. Hujus igitur ſymptomatis cauſſa inprimis eſt morbus intemperiei ventriculi humidioris.

59. Illud contingit quoq; ab intemperie ventriculi quavis & in primis ſicciore, & inſuper quoq; à ventoſitate, quæ morbo inſtrumentali obſtruit.

60. Deniq; depravatur expulſio, cum vel plus quam pro aſſumtorum portione dejicitur, vel aſſiduæ excretiones fiunt.

61. Plus quam pro ſumtorum portione dejicitur, cum in ventriculum ex toto corpore ſemper aliquid affluit & excreta adauget, cujus comes inevitabilis eſt tabes, ac

proficiſci-

proficiſcitur à morbo intemperie cum materia.

62. Aſſidua excretiones fiunt cum eodem tempore infra & ſupra eyciuntur ſuperfluitates vel cibales corruptæ, vel humorales ſine intermiſſione, ut in cholera. Cauſſa autem eſt morbus vel inæqualis intemperiei, vel ſolutionis continui, dum ventriculus à mordentibus acribus alijſq; alienis à natura erodìtur & ad excretionem pravam tum per vomitum, tum per ſeceſſum provocatur.

63. Nec raro ſymptomata actionum duarum in ventriculo læſarum miſcentur atq; concurrunt, nimirum in ſingultu, nauſea & vomitu. Singultus enim primum expultricis facultatis motus non legitimus eſt, deinde etiam retentivæ, eodem modo in nauſea & vomitu nec retinemus, ut par eſt, nec ritè expellimus.

64. Ex quibus omnibus conſtat, non ſatis eſſe medico ſcire an venter omninò non concoxerit vel an non rite excreverit, ſed etiam noſſe oportere, quamobrem id acciderit, & quæ ſit eius primaria continens cauſſa, hoc eſt, qui morbus.

Diſpu-

Diſputationum Medicinalium Catholicarum Decima ſexta.

DE CRISIBVS MORborum & criticis diebus, menſibus & Annis ex eis,

Publicè Reſpondente

MICHAELE NEOSTEPHANO Roſtochienſi.

THESIS I.

SVnt & aliæ mutationes in morbis, quæ in commodum corporis humani cedunt, & ex genere ſymptomatum propriè dictorum non exiſtunt.

2. *Hæ communi denominatione opera naturæ dicuntur: Sed quia ſimiles aliquando ſymptomatibus ſunt, accuratè ab his diſtingui debent.*

3. *Quod niſi Medicus fecerit, errabit turpiter, & inſtante bona mutatione, ægro fruſtra metuet: aut mala prædicẽdo meliora cõfundet, imò noxium victum medelamq́, adhibebit.*

4. *Duplices autẽ habentur, aliæ non multum ſupra ſolitũ, quæ nomen operũ naturæ retinẽt: aliæ magnæ, quæ Criſes inſuper appellantur.*

5. Criſis

5. *Criſis enim generaliter loquendo accipitur de omni magna mutatione, non tantum à Medicis in morbis: ſed etiam ab aliis de ſimili motu aliarum rerum quarundam.*

6. *Nam vel criſium doctrinam alicubi ad humanas viciſſitudines accommodare conſuetum eſt.*

7. *Qui factum puto, ut omnis morborum mutatio magna, ſive ſubito, ſive ſenſim emoriente vel morbo, vel vitute contingat, Criſis generaliſſimè appelletur.*

8. *Sed tamen ſecundum diverſos gradus variè accipitur.*

9. *Criſis enim, quæ cum magno impetu & cito ſe inclinante ſit, propriè Criſis; quæ ſenſim ac tardè, rariſſimè, ac potius λύσις appellatur.*

10. *Illa cum & de bona & de mala ſonet, Criſis bona ſimpliciter, mala ſemper cum adiectione Criſis mala, unde dies quoq; critici mali dicuntur, aut ſaltem dici debent.*

11. *Imo criſis bona, cum duplex habeatur, una optima, altera bona imperfecte, illam ſolam per excellentiam criſim, & dies Criticos optimos inde dictos, ſine adiectione Criticos nominamus.*

12. *Attamen omnes criſes bonæ inter opera naturæ meritò recenſentur, cum in corporis humani commodum cedant. Criſes verò malæ ſymptomaticæ exiſtunt.*

13. Criſim vero proprie dictam de omni & magna, & ſubita morborum mutatione contra lentam ſolutionem eorum, in qua ſenſim κατὰ λύσιν vel morbus a virtute, vel virtus à morbo ſuperetur, in ſequentibus videbimus.

14. Etymologia eius bifariam datur: una quæ Latine ſonet iudicium ἀπὸ τοῦ κρίνειν, id eſt, iudicare: altera quæ Latine excretio ἀπὸ τοῦ ἐκκρίνειν, ab excernendo, quarum illā autore Galeno magis probamus.

15. Nam in hac natura & morbo invicem certante perturbatio anxietasq; præcedit, excretio vel abceſſus ſequitur: Deniq; natura, ſi bona ſit Criſis, morbum: ſi mala, morbus naturam vincit, medicus tanquam iudex adeſt, diſcernit ac concludit rectè, unde Medicus generoſus dicitur.

16. Quare Criſis iudicio forenſi, in quo actor & reus contendunt, donec alter vincat, & judex ius dicat, non incommode comparatur.

17. Criſis igitur eſt mutatio morborum magna & ſubita, in qua natura & morbus invicem certant, & alter alterum perturbatione præcedente atq; excretione vel abceſſu ſequente vincit.

18. Perturbationes ante Criſin præcedentes ſunt 1. difficiles tolerantiæ, 2. vigiliæ, 3. Deliria, 4. Graves ſomni, 5. Difficiles anhelitus, 6. vertigines tenebrioſæ, 7. Difficiles

ſenſus,

ſenſus. 8. Dolores capitis, colli, ſtomachi, & multorum aliorũ membrorum. 9. Aurium ſonitus. 10. Vani ante oculos ſplendores. 11. Lacrymæ involuntariæ. 12. Vrina retenta. 13. Labrum agitatum aut aliud quid tremulum. 14. Obliuio. 15. Præſentium ignorantia. 16. Vehemens rigor. 17. Acceſsio, ſi plurimum anticipat horam. 18. Multus æſtus. 19. Sitis intolerabilis. 20. Clamor. 21. Non poſſe in eodem ſitu remanere.

19. Rarò autem omnia in una Criſi ſimul inveniuntur, ſed quædam ex his ſufficiunt, quæ ſi ſint tolerabiliora, mores morbi moderati miteſq; dicuntur, ac meliorem Criſin comitantur: ſi difficiliora, malam.

20. Excretio, quæ in Criſi perturbationem ſequitur, alia eſt vomitus, alia deiectionis alui, alia urinæ copioſæ, alia ſudoris, alia profluvij ſanguinis ſive per nares, ſive per hæmorrhoides ſive per menſtrua, ſive per aliam venarum ἀναςώμωσιν.

21. Harum quidem una ad Criſin ſæpè ſufficit, ſed non rarò duæ treſuè concurrunt.

22. Abſceſſus fit vel ad aures, unde parotides, vel ad articulos manuum pedumq; vel ad muſculos varios ipſiuſq; abdominis, vel etiam ad glandulas.

23. Non autem in omnibus Morbis Criſes fiunt, ſed tantum in materialibus, imprimis in

febrium putridæ, aut cum principale membrum infeſtetur.

24. Neq; in his, niſi & virtutis aliquod robur, ut certare cum morbo, aut ei ſaltem reſiſtere queat, & morbi magnitudo motusq; velocior exiſtat.

25. Imo neq; Criſis bona unquam erit, niſi coctionis ſignum aliquod adſit: neq; optima ſeu perfectè bona; niſi perfectæ coctionis teſtimonium appareat.

26. In virtute enim imbecilliori ægri, & motu morbi tardiori nulla ſperanda eſt Criſis.

27. In morbis etiam cum paroxiſmis plerunq; in his Criſis exiſtit. Archigenes toto vitæ ſuæ tempore leviore die bis, Galenus ſemel tantum factam vidit.

28 Duplex autem Criſis eſt, una bona ad ſalutem, altera mala, quæ ad mortem tendit.

29. Ac quævis harum iterum ſubdividatur neceſſe eſt, in perfectè bonam, & in imperfectè talem.

30. Criſis perfectè bona eſt quæ ſubitò perturbatione moderatiori & mitiori ægrum à morbo per excretionem liberat, & plane ſanitati reſtituit.

31. Concurrit cum hac & operatur 1. perfecta concoctio in urina, ſputo & excrementis alvi. 2. Dies bonus Criticus. 3. Dies indicatorius præoſtendens futuram Criſin optimam. 4. Motus morbi conveniens. 5. Mores morbi in perturba-

ſunt meliores ac moderati, [illegible]
ſentiunt cum natura morbi, conſ[illegible]
ætate, tempore anni, & regione [illegible]
[illegible] morbis [illegible] ſymptomata [illegible]
ter faciet meliòr [illegible] paſſus poſt [illegible]
[illegible]ns.

32. Itaq; Criſis optima non fit niſi in [illegible] morbi vel paulò ante, ac nihil aliud à medico requirit, niſi ut in Criſi ad te[illegible] tendat & in fine ejus feretur juxta illud Hipp. lib. 1. Aphor. 20. Quæ judicata ſunt integrè, movere non oportet, ſed ſinere.

33. Eaſdem ob cauſas eſt, & dicitur Criſis per excellentiam, Criſis optima, Criſis fida ſeu certa, Criſis manifeſta, Criſis antea prænunciata.

34. Criſis imperfectè bona eſt, quæ ad melius vergit, & vel per excretionē, vel per abſceſſum ægrum ſanitati reſtituit, ſed non integrè.

35. Etſi enim facta aliqua commutatione ægrotus hic quoq; in melius convertitur, tamen reliquum [illegible] tempus ad omnimodam vel Criſin, vel ſolutionem morbi deſideratur, & non raro recidiva redit.

36. Itaq; diligentem Curam Medici requirit, ut & arte recompenſet, quod natura non ſatis præſtiterit, & exactam medelam atq; diætam ægri quæ requiritur præſcribat, donec reliquias morbi vincere queat, aut ſaltem [illegible] recedat morbus non tamen ſummo cum periculo.

37 Concurrunt enim ea ante dicta [illegible]

optimam

[illegible], quod [illegible] ſemper deſit.
[illegible] [illegible] ab [illegible] deficiet, quanta ſit eius quod [illegible] plura ſunt.
[illegible] Ideoq; invenitur vel [illegible] vel [illegible], vel [illegible], vel obſcura, vel non indicata [illegible], vel [illegible] particeps, ſicut cæteri in [illegible] ſurgunt.
40. Hæc in augmento morbi & in ſtatu fieri ſolet, [illegible] natura imbecillior, quam ut materiam bene coctam prorſus expellat, iſta cum natura robuſtior & morbus velocior materiam non ſatis coctam aggreditur, ac quadantenus morbum vincat.
41. Dies Critici à Criſi dicti, cum ſimpliciter efferuntur, de bonis intelligendi veniunt, mali cum adjectione ſemper dici debent.
44. Dies igitur Critici boni ſunt, in quibus crebro Criſes, & plerunq; eventus felices, ac ſalubres fiunt.
43. Duplices verò exiſtunt: alij per ſe boni, ut ſeptimus & quartus in quavis ſeptimana alij per accidens unde com[illegible]identes dicti ſunt, ut dies nonus, tertius & quintus.
184. Si verò alicui animalis virtus adhuc imbecillior reſtet & medicamentis egeat, id temporis paralyſis, æger 3. menſe nuce moſchata, & mace, quæ à tota ſubſtantia nervos corroborant, ſæpe in cibo utatur, vel quoq; ore maſticet & iterum expuat : deinde aquæ lavendulæ cochleari uno vel ad ſummum duob. juſculis cerevifiæ calidis, quæ edere ſolent, miſceat.

185. Exterius quoq; præter inunctionem ſpinæ dorſi, lavet manus pedesq; paralyticatos vel malvatico cum aqua lavendulæ & Borraginis mixto aliquoties, ut corrborentur, vel alio Epithemate, quod

R. Florum ſtœchado arabicæ ℥. ſ.
Borraginis p. iij.
Macis ʒ. ij.
Ligni aloes ʒ. j.
Storacis calamitæ.
Benzoi ana ʒ. iij.

Coquantur in aqua Borraginis & Malvatici ana lb. j. usq; ad conſumptionem ſeptimæ partis & colentur ac fiat Epithema.

186. Quarto menſe iterum hiſce tantum quod

 illis

illis quæ reſiciendæ carni ac ſanguini ſerviebant, non opus ſit, æger dabit operam.

187. Neq; in fine thermas, ſi ſimul ſint bituminoſæ & mitiores, ut inprimis Landeckiana in Sileſia, hac in re experientia comprobatæ ſunt, rebelles Paralyſes omittere decet, ſi modo ægri in ijs refrigerantibus ungventis circa regionem hepatis & humectantibus ut emulſione amygdalarum ante dicta ſimul utantur.

THESES

DE NOTHÆ *PARALYSIS* IN intemperie alia quadam ſola, & in intemperie cum materia curativa, de quibus reſpondebit

M. IOSEPHVS LAVTENBACH.

188. Paralyſis ex calida intemperie ſola nervorum ab Hippocrate lib. 5. Aph. 16. quaſi digito indicatur: deinde ab Archigene, Aetio & alijs quibusdam affirmatur: ſed tamen non eſt per ſe Paralyſis vera, quia dum humores colliquat, fundit & propellit humidum ad nervos, ut obſtruantur, obſtructio primario, illa ſecundario Paralyſin gignit.

189. Nec aliter calida & humida temperies, quam notha cenſeri debet, vel propter rationes modo dictas, vel quia propter humiditatem nervos laxat, ita ut huius ratione mixta ex vera & ex notha quoq; videatur, de qua curanda partim in ſecunda ſpecie vera, dictum

eſt, partim in intemperie cum materia ſanguinis, dicetur.

190. Calida & ſicca Paralyſis quoque in controverſia vocatur, ut ut ab Alexandro Tralliano lib.1. cap.16. aſſeveratur, & paralyſis cum febri hujus generis eſſe videtur, ſed eo res redit ut notha non minus atq; ſicca ſola ſit ac per conſenſum habeatur, unde & ex curativa febris & ex ſiccæ nothæ antea dictæ ſumi poteſt.

191. Frigidæ & ſiccæ paralyſeos nulla apud ullos authores fit mentio, ſed ſi rem ipſam ſpectamus in notha ſicca eam quodammodo inveniemus, quia initio ea ſicca ſola eſt, ſed cum multos menſes vel annos duraverit paralyticati digiti manus ac pedes, deſtituta calore nativo ac ſanguine, frigidam ac ſiccam intemperiem contrahunt, & fere eandem curativam requirunt, niſi quod magis calefacienda ſint, cui etiam præcipuum remedium non incommodè Gal.lib.2. de facult. ſimp. medic. cap.7.& Salius cap.14. Balneum olei communis calidi non incommodè dixiſſe videtur, licet ipſe eo uſus nunquam ſim.

192. Intemperies quidem cum materia, motum voluntarium aliquando cum, aliquando ſine ſenſu abolet, ſicq; Paralyſim producit: ſed tamē ſcire intereſt, utrū omnes, an vero quæda,

& rurſus, num per ſe, vnde vera paralyſis, an ſecundariò, cum hæ, obſtructiones nervorum pariunt, illæ paralyſim.

193. Galenus in methodo medendi exemplo morborum ventriculi innuit, omnia in partem quamvis cadere poſſe, ſed quia vſitatiores paralyſes, vel ex intemperie cum affluxu ſanguinis, vel ex affluxa pituita inveniuntur, multi docti tantum duas paralyſes in Intemperie cum materia ſtatuunt: vnam, cum ſanguine: alteram, cum pituita.

194. Veruntamen ſi res ipſa ſpectetur, quatuor exiſtunt, & ad priores duas accedunt: 1. Paralyſis intemperiei cum bile flava, præſertim ſi parumper cum pituita miſceatur: 2. Paralyſis intemperiei, cum atra bile.

195. Atque ſi rectè hæ conſiderentur, nothæ paralyſes ſunt, quod obſtructionem nervorum gignant: & hæc ruſus paralyſim.

196. Intemperies calida & humida cum materia ſanguinis, inflammationem illam, quæ propriè phlegmone dicitur, efficit, in qua ſanguis affluxus ad aliquam partem nervoſam accumulatur, coacervatur, obſtruitur & inflammatur, imò tumorem gignit, & cauſa eſt ut nervi anguſtiores reddantur atque obſtruantur, quo minus ad ea virtus motiva pervenire poſſit.

197. Cauſa igitur huius morbi interna fit, cum ſanguis copia ſua redundans & ad illam

partem nervoſam catervatim affluens. rurſus etiam aptitudo membri ſua debilitate recipiendi eum.

198. Cauſa externa eſt, 1 calidum humores colliquans & diffundens ad nervoſas partes 2. Copia delicatiorum ciborum 3. Vini atque cereviſiæ optimæ multus uſus. 4. Ocium nimium. 5. Somnus copioſus. 6. Ira & terror, quæ ſanguinem commovent.

199. Signa diagnoſtica, 1. inflatio venarum. 2. totius repletio 3. Oculorum rubedo. 4. Carnoſus habitus corporis. 5. Loci affecti inflammatio rubea. 6. tenſio multa.

200. Signa prognoſtica ſunt 1 facilè febrim coniungi 2 acutum morbum ſæpè eſſe, cumque periculoſum.

201. Methodus medendi huic morbo, orditur à cauſa eius, ſcilicet repletione ſanguinis, quæ indicat, ſanguinem mittendum eſſe, per venæ ſectionem

202. Quantitas ſanguinis magna indicat, multum ſanguinis eſſe mittendum.

203. Deinde affluxus ſanguinis indicat eſſe initio, dum fluat ſanguis & repellendum, & avertendum, per revulſionem ad partes remotiores.

204. Sanguis affluxus & morbus poſt triduum indicat venæ ſectionem per derivationem.

Coquantur in ſ.q. aquæ ad tertias, poſt coletur ℥. xj. & in colatura infundatur per noctē
Rhabarbiri electi contuſi ℈. iiij.
Aagarici, trochiſcati in petia ligati ʒ. j.
Cinamomi
Macis ana. ℈. s.
Mane colentur R. Colaturæ huius ℥. vij.
& adde Mannæ ℥. ij.
Syrupi de Endivia
Roſati ſolutivi
de Bethonica ana ℥. s.
Miſce, fiat potio pro 2. vicibus.

168. *Quinta die 6. 7. & 8. iterum exterius & interius iiſdem alterantibus dyſcraſiam, quibus ante 2. & 4. die æger ſibi medeatur, niſi quod aliquando jejuno ventriculo lambat, tum pro alteratione maiori calidiorum viſcerum, tum pro firmando corde & hepate Syrupos, qui*
R. Syrupi de Endivia ana ℥. ij.
de ſucco acetoſæ ℥. j.
Aquæ Fragorum cum vino ſublimato deſtillatorum ℥. j. s.
Cinamomi ʒ. j.
Miſce & fiat liquor doſi 2. cochlearum.

169. *Sed & hic cautela opus eſt, ne à magis refrigerantibus nimis ventriculus & inteſtina lædantur, ac iterum copia flatuum recrudeſcat, præſertim cum in hac dyſcraſia atque imbecilliori coctione*

fronte redeant, ac aliquando novas colicas minentur.

170. Atq; tunc Enemate 1. diei iterum iuvandi ſunt, quod in iis quibus vel venter vel excrementa alvi ſicciora ſunt, humidius applico additis ſemine lini, fœnugræci ana ℥. ij. & mutatis oleis ut loco ante dictorum Oleum commune recens ℥. iij. ſumatur, mox ſequenti die ad [alt]erantia ante dicta redeo.

17[1]. Si magis urgent flatus præter hæc exhibeatur vel ſimilago cum Malvatico, præſertim cum ſimul hepar corroborat, teſte Donato Altimari, vel Oleum Aniſi & carui mixta guttis ij. cum cereviſia calida, verùm hæc rarius fieri oportet, ne calorem hepatis & renum augeant.

172. Nona die circiter æger purgetur altera medietate purgantis potus antea aſſumpti.

173. Decima die 11. 12. & 13. continuet alterantia ante dicta miſcendo aliquando Syrupos priores.

174. Decima quarta die, cum dyſcraſia ferè correcta ſit, & tamen intemperies calidior atq; ſiccior, hepatis renum & aliarum omnium partium cum cacochymia quadã bilis, exceptis mẽbris Paralyticatis, in quibus intemperies ſola ſicca conſumpta carne & ſanguine reſtat, remaneat, unde tabes, medicus accedat & ad refrigerandum humectandumq; magis & ad purgandam bilem tantum, neq; tamen propter virium imbecillitatem aliter quã ſenſim, ac moderatè.

175. Itaq;

R. Electuary lenitivi ʒ. v.
Diaprunæ ſolutivæ ʒ. ij.
Spec. Diarhodon abbatis ℈ s.
Cum Syrupo de Endivia q. ſ. miſceantur & fiat bolus cum ſucharo.

177. Décima octava die 19.20. 21. 22. 23. 24. 25. & 26. mane conditum corroborans, ac contra tabem veſperi ſyrupi ante dicti noctu rotulæ etiam deſcriptæ, exterius mane & noctu aliquando ſimul ungventum ſuperius, vel ſolum ceratum Sandalinum.

178. Si vero uſu horum inteſtina & ventriculus magis inflari videantur, morſulæ noſtræ antedictæ aliquoties repetantur

179. Viceſima ſeptima die niſi morſus cutis ceſſaverit, iterum purgetur ut ante 17. die.

180. Viceſima octava & ſequenti die, alterantia interius & exterius primi bidui repetantur.

181 Triceſima die ac ſequentibus 6. repetenda ſunt remedia antedicta contra tabem, ac inſuper diu noctuquè prout hypochondria ad flatum diſpoſita ferre queunt, emulſio amygdalarum ſequens bibenda, & quovis biduo recens renovanda eſt.

R. Amygdalarum recentium ſel. ℥ iiij.
Melonum excort.
Pinearum recentium ana. ℥ j.
Piſtaciorum. ℥. s.

Coquantur inciſa in juſculo avenæ ad remanentiam lb j. poſt emulgeantur & colentur, & adde

Aquæ Cinamomi ʒ. ij.
Fragrariæ
Borraginis ana ℥. ij.
Miſce & fiat Lac.

182 Triceſima ſeptima die ijſdem medicamentis ut plurimũ inſiſtat. ſed tamen ſimul ad corroborationem cerebri ſpinæ dorſi & inprimis nervorum accedat integrum menſem continuando ut ſi hiſce ſuperiorib. uſus ſit, ſimul mane & veſperi unguento ſequenti ſpina dorſi ungat, ſi manus paralyſi tantum affectæ fuerint, vertebras thoracis 5. 6. & 7. atq; 1. & 2. ſi pedes tantum 3. inferiores vertebras lumborum & os ſacrum usq; ad finem, ſi ſimul & manus & pedes ut plerunq; accidit, ſpinam dorſi univerſam vel præcipuè has.

R, Olei Camomelini.
Vulpini ana ℥. j.
Spicæ ʒ. j.
Lumbricorum terreſtrium
de caſtoreo ana ℥. ſ.
Ceræ q. ſ. fiat unguentum.

183. Tertio menſe cum multò antè appetitus redierit, & tum ſanguis ſuavior, tum etiam caro, melius dormire & in manibus pedibusque habere incipiunt, attamen medicamenta contra tabem adhuc ſunt continuanda,

adh

aut ultra 7. dies à medicamentis non feriandum, ut ſanguis & calor nativus aucta, ſponte ad paralyticata membra affluant, ac ſua natura ſine medicamentorum ope, ipſos nervos humectando ſuaviter paralyſim hanc ſiccam, quam in fine ſimul frigidam ferè dicerem, tollant, quod uſui veniſſe multis palam teſtor.

184. Si verò alicui animalis virtus adhuc imbecillior reſtet & medicamentis egeat, id temporis paralyſis, æger 3. menſe nuce moſchata, & mace, quæ à tota ſubſtantia nervos corroborant, ſæpe in cibo utatur, vel quoq; ore maſticet & iterum expuat: deinde aquæ lavendulæ cochleari uno vel ad ſummum duob. juſculis cerevíſiæ calidis, quæ edere ſolent, miſceat.

185. Exterius quoq; præter inunctionem ſpinæ dorſi, lavet manus pedesq; paralyticatos vel malvatico cum aqua lavendulæ & Borraginis mixto aliquoties, ut corroborentur, vel alio Epithemate, quod

R. Florum ſtœchado arabicæ ℥. ſ.
Borraginis p. iij.
Macis ʒ. ij.
Ligni aloes ʒ. j.
Storacis calamitæ.
Benzoi ana ʒ. iij.

Coquantur in aqua Borraginis & Malvatici ana lb. j. usq; ad conſumptionem ſeptimæ partis & colentur ac fiat Epithema.

186. Quarto menſe iterum hiſce tantum quod

illis quæ reficiendæ carni ac ſanguini ſerviebant, uti opus ſit, æger dabit operam.

187. Neq; in ſine thermæ, ſi ſimul ſint bituminoſæ & mitiores, ut inprimis Landeccianæ in Sileſia, hac in re experientia comprobatæ ſunt, rebelles Paralyſes omittere decet, ſi modo ægri in ijs refrigerantibus ungventis circa regionem hepatis & humectantibus ut emulſione amygdalarum ante dicta ſimul utantur.

THESES DE NOTHÆ PARALYSIS IN intemperie alia quadam ſola, & in intemperie cum materia curativa, de quibus reſpondebit

M. IOSEPHUS LAUTENBACH.

188. Paralyſis ex calida intemperie ſola nervorum ab Hippocrate lib. 5. Aph. 16. quaſi digito indicatur. deinde ab Archigene, Aetio & alijs quibuſdam affirmatur: ſed tamen non eſt per ſe Paralyſis vera, quia dum humores colliquat, fundit & propellit humidum ad nervos, ut obſtruantur, obſtructio primario, illa ſecundario Paralyſin gignit.

189. Nec aliter calida & humida temperies, quam notha cenſeri debet, vel propter rationes modo dictas, vel quia propter humiditatem nervos laxat, ita ut hujus ratione mixta ex vera & ex notha quoq; videatur, de qua curanda partim in ſecunda ſpecie veræ dictum

eſt, partim in intemperie cum materia ſanguinis, dicetur.

190. Calida & ſicca Paralyſis quoque in controverſia vocatur, ut ut ab Alexandro Tralliano lib.1. cap.16. aſſeveratur, & paralyſis cum febri huius generis eſſe videtur, ſed eo res redit ut notha non minus atq; ſicca ſola ſit ac per conſenſum habeatur, unde & ex curativa febris & ex ſiccæ nothæ antea dictæ ſumi poteſt.

191. Frigidæ & ſiccæ paralyſeos nulla apud ullos authores ſit mentio, ſed ſi rem ipſam ſpectamus in notha ſicca eam quodammodo inveniemus, quia initio ea ſicca ſola eſt, ſed cum multos menſes vel annos duraverit paralyticati digiti manus ac pedes, deſtituta calore nativo ac ſanguine, frigidam ac ſiccam intemperiem contrahunt, & ferè eandem curativam requirunt, niſi quod magis calefacienda ſint, cui etiam præcipuum remedium non incommodè Gal.lib.2. de facult. ſimp. medic. cap.7.& Salius cap.14.Balneum olei communis calidi non incommodè dixiſſe videtur, licet ipſe eo uſus nunquam ſim.

192. Intemperies quidem cum materia, motum voluntarium aliquando cum, aliquando ſine ſenſu abolet, ſicq; Paralyſim producit. ſed tamē ſcire intereſt, utrū omnes, an vero quædā,

partem nervoſam catervatim affluens. rurſus etiam aptitudo membri ſua debilitate recipientis eum.

198. Cauſa externa eſt, 1. calidum humores colliquans & diffundens ad nervoſas partes 2. Copia delicatiorum ciborum 3. Vini atque cereviſiæ optimæ multus uſus. 4. Ocium nimium. 5. Somnus copioſus. 6. Ira & terror, quæ ſanguinem commovent.

199. Signa diagnoſtica, 1. inflatio venarum. 2. totius repletio 3. Oculorum rubedo. 4. Carnoſus habitus corporis. 5. Loci affecti inflammatio rubea. 6. tenſio multa.

200. Signa prognoſtica ſunt 1 facilè febrim coniungi 2 acutum morbum ſæpè eſſe, cumque periculoſum.

201. Methodus medendi huic morbo, orditur à cauſa eius, ſcilicet repletione ſanguinis, quæ indicat, ſanguinem mittendum eſſe, per venæ ſectionem

202. Quantitas ſanguinis magna indicat, multum ſanguinis eſſe mittendum.

203. Deinde affluxus ſanguinis indicat eſſe initio, dum fluat ſanguis & repellendum, & avertendum, per revulſionem ad partes remotiores.

204. Sanguis affluxus & morbus poſt triduum indicat venæ ſectionem per derivationem.

205. Natura ſubiecti in ijs qui ſanguinem mittere non poſſunt, indicat & difficiliorem ſine curatiuam, & tenuiore victu eſſe minuendum.

206. Natura partis nervoſæ & paralyticæ, quæ refrigerationem nimiam ſine noxa ferre nequit, indicat non eſſe vna vice multum ſanguinis mittendum, neq; evacuatiuè, ſed eventatiuè.

207. Virtus imbecillior, vt in paralyticis eſſe ſolet, indicat minus ſanguinis mitti poſſe.

208. Eadem indicat ſæpè ſectionis vicem ſupplere cucurbitulas.

209. Materia igitur auxiliorum eſt potiſſimum χειρουργικὰ nimirum venæ ſectio, cucurbitulæ.

210. Deinde Epithemata ex aquis plantaginis, roſarum mixtis cùm aquæ lavendulæ parum initio proſunt: aliquanto poſt Drachylon Emplaſtrum.

211. Poſtremo ſi febris acceſſerit, ijs quæ febri medentur, opus eſſe.

212. Paralyſis ex intemperie frigida & humida, cum pituita affluxa, eaque tenui multa e cerebro defluēte in nervos ab Hollerio ſtatuitur, ſed falſo, cum dolores acerrimos nervorum potius, quam paralyſim inde oriri, experientia teſtatur.

213. Paralyſis verò à pituita craſſa, lenta atque viſcoſa obſtruente nervos adeò ut virtus adeò-

as permeare non poſſit, omnium uſitatiſſima eſt, a. quia non per ſe, ſed propter obſtructionem oritur, ibidem diligentius tradenda veniet.

214. *Paralyſis ex intemperie calida & ſicca cum flaua bile, non immeritio controvertitur: ſed tamen, ſi cum pituitæ craſſæ minima parte miſceatur, revera exiſtit.*

215. *Noſtra enim experientia confirmavit, ægrum laborantem febri continua cum paraphreneſi 4. die incidiſſe in paralyſin omnium partium ſub facie, ex influxu bilis flavæ, cum pauca pituita in ſpinam dorſi, quæ cum medicamentis eſſet diſcuſſa, in manus digitosq; expellebatur, ut croceo colore plane tingerentur, parum intumeſcerent, & tunc iterum moverentur, paralyſisq; ceſſaret.*

216. *Cauſæ internæ ſunt bilis flava mixta cum aliqua pituita & aptitudo membri recipientis.*

217. *Cauſæ eius ſunt* Externæ. *1. aer calidus. 2. cibi valde aromatiſati, ſaliti, acres, aſſati, pingues, melle & vino conditi. 3. Vinum flavum & in primis ſublimatum, 4. Exercitatio vehemens & multa: 5. Vigiliæ. 6. Ira.*

218. *Signa diagnoſtica ſunt. 1. Vrina rubea bile tincta. 2. Pulſus celerior. 3. Vigilia multa 4. capitis dolor 5. Febris aliquando.*

219. *Signa prognoſtica, cito finiri vel ad ſalutem, vel ad mortem.*

220. *Methodus medendi orditur à cauſſa*

ſcilicet bile flava, quæ indicat, & alterandam & purgandam eſſe.

221. Deinde morbus indicat, & refrigerandum & aperiendum eſſe.

222. Natura ſubiecti indicat, & quantitatem & modum utendi.

223. Virtus indicat ſenſim & per intervalla purgandū eſſe, ac ſimul corroborandos nervos.

224. Materia auxiliorum διαιτητικὴ *eſt ratio victus refrigerans atq; humectans, ac ſimul attenuans aliquantulum, propter pituitæ mixtionem.*

225. φαρμακευτικὰ *hæc requiruntur.* 1. *Potus alterans & ſimul ſomnum concilians, ne ſubinde plus bilis colligatur, ut potio quæ*

R. Aquæ Lactucæ ℥. ij.
Endiviæ ℥. j.
Syr. de Papavere ℥. j. s.
Miſce & fiat Potio.

226. Deinde poſt unam & alteram potionem purgetur hoc Electuario, quod R.[1] *Electuarij lenitivi ℥. 5.*

Indi ʒ. ij.
Cum ſaccaro q. ſ. fiat bolus.

227. Mox iterum digeſtiua proponantur forma Iulepi ſequentis, & condito partim alterante, partim corroborante, utatur mane.

R. Aquæ acetoſæ.
Lactucæ ana ℥ iij.
Endiviæ ℥. ij. Syrupi de [illegible] *ana ℥. j. s.*

Miſce

Miſce & fiat Iulep.

℞. *Conſervæ Violarum.*

Borraginis.

Roſarum ana ℥. j.

Diacori ʒ. j. ſ.

Citri conditi ℥. ſ.

Spe. Diarhodon.

Diamoſchi dulcis ana ℈ j.

Cum ſyrupo de ſucco granatorum dulcium q. ſ. fiat conditum.

228. *Poſt paucos dies iterum purgetur, ut antea, vel etiam Enemate.*

229. *Poſtremò inungatur ſpina dorſi maxima ex parte refrigerantibus oleis, minima ex parte diſcutientibus & corroborantibus nervos interius verò ſumat rotulas deſcriptionis noſtræ.*

230. *Paralyſis in Intemperie frigida & ſicca cum melancholia à multis negatur, ſed & ratione & autoritate & experientia confirmari poteſt.*

231. *Nā ſi hominē vel pituita vel atra bile, vel flava, vel ſanguine plenū ad exercitatione perducere volueris, humores hoſce ſic quoq; atrā bilē influere in nervos facies Gal. Aph. 2. lib. 6.*

232. *Nec minus autumnus efficit ut decubitu melancholiæ ad nervos & ſpinam dorſi, unde Hippocrates dicit: morbi melancholici per tempora hæc ſuſpecti humorum decubitum.*

233. *Quis etiam non videt paralyſes in ſcorbuto & alias hujus generis cum ſcirrhoſis nodis ſæpe inveniri.*

234. *Cauſæ externæ hujus morbi ſunt vel atra bilis ſola, vel etiam ſæpè cum lenta tenacique pituita mixta, ad quam accedit aptitudo membri recipientis.*

235. *Cauſæ externæ ſunt 1. aer vel inæqualis vel craſſus, inprimisq; ex recentioribus ædificijs. 2. Cibi fumo exiccati, caro bovina, cervina, leporina & pleraq; olera. 3. Potus Craſſior. 4. Ocium nimium 5. Somnus poſt cibum. 6 Triſticia & terror.*

236. *Signa diagnoſtica ſunt 1. maculæ, nigræ vel lividæ partis affectæ, vel totius. 2. nodi ſcyrroſi nervoſarum partium. 3. habitus corporis melancholicus.*

237. *Signum Prognoſticum eſt difficulter curari: aliquando prorſus non.*

238. *Methodus medendi orditur à cauſa morbi ſcilicet à melancholia, quæ indicat alterandam & purgandam eſſe.*

239. *Melancholia alteranda, cum ſit craſſus humor & ſæpius mixtus cum tenaci viſcoſaq; pituita, indicat craſſam eſſe attenuandam & incidendam.*

240. *Melancholia non modo craſſa ſed ſæpè etiam maligna, ut in ſcorbuto & morbo gallico, indicat ſimul Alex. Pharmacis & appropriatis eſſe corrigendam.*

241. *Multitudo materiæ influentis indicat eam avertendam venæ ſectione in oppoſita parte: ſed tamen adeo parva ne multum refrigeret.*

242. *Natura humoris influxi indicat, neque leniter attenuandam atq; incidendam eſſe, nam materia rebellis hiſce non cedat, neq; nimis fortibus, ne tenues partes diſſipentur, & magna pars melancholiæ induteſcat, ac incurabilis evadat.*

243. *Natura loci affecti indicat poſt purgationem ſimul & diſcutiendum & parumper humectandum eſſe.*

244. *Materia auxiliorum eſt* διαιτητικὴ *1. aer temperatus 2. Cibi boni ſucci & ſimul aperientes, inprimis cappares, naſturtiũ & ſinapi. 3 potus cereviſiæ aperientis & hydromel. 4. motus moderatus in fine paralyſeos. 5. Somnus nocturnus paulo copioſior. 6. Affectus animi alacres.*

245. χειρουργικὴ *tantum eſt venæ ſectio, quæ non evacuandi, ſed avertendi gratia inſtituitur, in oppoſito latere, & parva copia.*

246. φαρμακευτικὴ *prima die leviter purgat melancholiam hoc Electuario.*

R. Electuarij lenitivi ℥. ſ.
Conſ. Hamech. 3, iij.
Cum ſaccaro q. ſ fiat bolus.

247. *Secunda & 3. die Digeſtivum manè & veſperi uſurpatur quod.*

R Aqua

R. Aquæ Bethonicæ.
Fumi terræ.
Borraginis ana ℥. j.
Syr. de Biſantijs ℥. j
De fumo terræ ℥. s.
Miſce & fiat potio.

249. Quarto die iterum purgetur medietate potionis ſequentis, quæ.

R. radicis Aſparagi.
Fœniculi.
Liquiritiæ ana ʒij.
Borraginis ℥. s.
Polypodij ʒ. vj.
Herb. Fumi terræ Mj.
Scolopendriæ fol. numero. ij.
Fol. Senæ. ſel. ℥. j. s.
Flor. Borraginis. M. s.
Roſarum rubearum P. j.
Coquantur lege artis in ſ q. aquæ ad tertias, poſt colentur ℥. xj. & infundantur in Colatura.
Rhabarbari ʒ. j. s.
Hellebori nigri ℈ j.
Macis.
Cinamomi ana ℈ s
Stent per noctem, manè colentur ℥viij. & adde Syrupi de ſucco Borraginis
de Fumo terræ.
Mivæ Cituniorum ana ℥. s.
Miſce & fiat potio pro duabus vicibus.

250. *Quinta die 6. & 7. mane utatur condito, quod.*

R. *conſervæ cochleariæ ℥.j.*
Borraginis
Roſarum
Violarum.
Fumi terræ
Corticum citri conditi
Florum arantiorum ana ℥. s.
Spec. Diarhodon abbatis
Dia morſchu dulcis ana ℈.j.

Cum ſyrupo de ſucco Boraginis q. ſ. fiat conditum, Veſperi rurſus edat duabus horis ante cœnam de eodem.

251. *Nona die uſque ad 17. mane & veſperi duabus horis ante cibum, bibat calidè de potione ſequenti ℥. v. & lecto ſe contineat, ut vel ſudet, vel ſenſibiliter melancholicum exhalet, ac reliquum diſcutiatur.*

R. *Numulariæ*
Naſturtij aquatici
Anagal. aquaticæ.
Cochleariæ ana M. ij.
Comæ abſinthij viridis
Ruthæ
Sedi minoris ana M. s.

Incidantur & per pannum linteum exprimatur ſuccus qui in vaſe lapideo ſervetur; Deinde R. herbas expreſſas & coquantur in ſero lactis caprini lb. ij. donec ovū elixetur,

poſt colentur per linteum pannum & exprimantur parum. Expreſsioni adde ſuccum expreſſum. Deinde.

R. Cinam. electi ℈. j.
Nucis moſch.
Cardamomi ana ℈. ſ.
Omnia miſceantur & fiat potio.

252. Hæc ſequuntur medicamenta localia: unum fomentatio, qua ſcyrroſi nodi fomententur calidè, poſtea linteo calido exiccentur, & altero ſcilicet ungvento inungantur.

R. Herbæ parietariæ veræ
Biſmaluæ
Camomillæ
Meliloti ana M. j.
Origani
Pulegij.
Hyſſopi
Naſturtij
Mentæ aquaticæ ana M. ſ.
Roſarum rubearum
Fl. Lavendulæ
Spicæ Romanæ ana, P. j.
Coquantur in aqua & vino uſq; ad medietatem, & ex ijs fiat Fomentatio.

R. Olei de granis Iuniperi
de Rutha ana ℥. j. ſ.
Vini odoriferi ℥. ij.
Coquantur ad vini conſumptionem, poſtea colentur & adde, Olei de Spica ʒ. ſ.

C[illegible]

Camomelini

Lumbricrorum terreſtrium ana ℥. s.

Ceræ q. ſ. & fiat unguentum.

253. *Ligni Guaici & ſarſæ parillæ præſertim in maligna paralyſi uſus meritò commendatur.*

THESES DE PARALYSI IN MORBOſa Compoſitione & ſolutione continui, de quibus reſpondebit.

TOBIAS COBERVS.

254. *Paralyſes in morboſa compoſitione aliæ ſunt Paralyſes malæ conformationis, aliæ noxiæ magnitudinis, aliæ mali poſitus, aliæ malæ connexionis.*

255. *Paralyſis malæ conformationis alia eſt obſtructio nervorum tanta, ut animalis motiva virtus ad eos pervenire nequeat: alia compreſſio.*

256. *Paralyſis noxiæ magnitudinis alia ſponte fit: alia ex caſu vel percuſſione, cum nervoſa pars adventiciam adepta ſit magnitudinem, ac deinceps ad interiores cavernas tumorem refundens cauſa eſt, ut obſtruantur meatus. Gal cap. 7. de diff. morb.*

257. *Paralyſis mali poſitus, alia eſt à gibbo, alia à luxatione vertebrarũ per obliquũ aut torſionem, ut nerui ad paralyſin uſq; obſtruantur.*

258. Paralyſis malæ connexionis, alia eſt, ab humida intemperie tantum, alia frigida & humida nuda, cum nervi nimium molliantur & laxentur, ut membra movere nequeant.
259. Sed hæ paralyſes omnes aut antea declaratæ ſunt, aut ſecundario propter obſtructionem paralyſin gignunt, ut ſola paralyſis ab obſtructione, quæ à pituita craſſa & tenaci fit, explicanda reſtet.
260. Paralyſis igitur ex obſtructione hac, eſt morbus conformationis nervoſarum partium, in quo nervi à pituita replentur, obſtruuntur & impediuntur, ne facultas motiva ad illa membra influat.
261. Neceſſe enim eſt tantam copiam pituitæ coacervari, ut prorſus nervos repleat, ne animalis motiva vis poſſit pertranſire.
262. Non deſunt qui putant, à vaporibus craſſis obſtructionem hanc quoq; gigni, & Hippocratis in libro Spurio de flatibus, authoritati tuentur, ſed malè.
263. Cauſa interna obſtructionis in paralyſi ante declarata eſt, ſc. frigidus atq; humidus, iſq; viſcoſus humor dictus pituita.
264. Hæc verò aut ſponte ex cruditatibus in nervis colligitur, aut aliundè in eos fluit per ſpinam dorſi, dum natura vi excretrice ſuperfluos humores in nervos expellit, modo cum, modo ſine criſi
265. Sine Criſi craſſa ac tenax pituita, in ſ...

vel diuturnis ægris eò reperiatur : cum criſi, licet imperfecta, in Apoplexia, Colica ea quæ ſubitò in paralyſim finitur, in ſuffocatione matricis, & in arthritide, licet in hac rarius.

266. *Cauſæ externæ ſunt 1. Calidum externum colliquans pituitoſos humores 2. aer frigidus humidus inprimisq́; ventus Auſtrinus 3. Copia ciborum qui pituitam gignunt 4. Cruditates crebriores etiam boni ſucci ciborum 5. fructus recentes humidiores. 6. piſcium frequentior uſus 7. Vinum immodicè ſumptum. 8. Somnus meridianus, vel aliàs prolixior. 9. Ocium nimium. 10. Affectus animi triſtiores.*

267. *Signa diagnoſtica hujus paralyſis ſunt 1. Subitò fieri paralyſim 2. faciem & omnes partes magis pallere. 3. membrum paralyticatum tactu frigidum ſentiri. 4. Abolitus motus ſive cum ſenſu ſive ſine eo.*

268. *Signa* προγνωστικὰ *ſunt 1. Paralyſim hanc, ſi materia obſtruens pauca ſit citius curari, ſi copioſior difficilius. 2. Paralyſin in pluribus membris etiam difficiliorem curatu eſſe. 3. Paralyſim ad quam accedit tabes tardius vel etiam nunquam curari. 4. Paralyſim ex Apoplexia recidivam minari. 5. febrim ſuperveni-entem huic paralyſi mederi.*

569. *Methodus medendi paralyſi ab hujusmodi obſtructione, orditur à morbo ſcil. obſtructione, ſi materia pauca eſt, quæ indicat ape-*

riendam diſcutiendamq́, eſſe medicamentis penetrantibus & externis rarefacientibus.

270. Obſtructio à multa & craſſa pituita, indicat cauſam prius tollendam eſſe: deinde morbum.

271. Cauſa hujus morbi pituita affluens indicat avertendam eſſe vel venæ ſectione in oppoſito latere, vel clyſteribus: ac nervos ſimul corroborandos, ut morbus in fieri eſſe, hiſce quoque cedat.

272. Paralyſeos cauſa pituita affluxa copioſius indicat præparandam eſſe attenuantibus, incidentibus & abſtergentibus.

273. Materia præparata indicat prius purgandam eſſe, poſtea diſcutiendam frictionibus non adeò fortibus, & calidis unctionibus.

274. Si malum hiſce non cedat indicat obſtructio magis purgandum & aperiendum eſſe, cucurbitulas quoq; loco affecto adhibendas, ſi materia copioſa ſit non impacta, cum ſcarificatione, ſi impacta, ſine ſcarificatione.

275. Si neq; his cedat, indicat Dropaces & veſicatoria adhibenda eſſe.

276. Cauſa & morbus indicant huic paralyſi optime mederi lignum Guaiacum.

277. Natura ſubjecti ſcil. nervorum, indicat balnea aquæ dulcis ferre non poſſe.

278. Natura eorum quoq; indicat acetum intro ſumptum ſemper noxium eſſe.

279. Natura ſubjecti in paralyſi linguæ indicat

venam

venam ſub lingua ſecandam eſſe, ſi unum latus paralyſin patiatur, unam venam oppoſiti & ſani lateris linguæ, ſi univerſa lingua, ambas venas linguæ.

280. *Eadem indicat gargariſmos huic paralyſi potiſſimum prodeſſe.*

281. *Paralyſis ani indicat fomentationem ex calefacietibus & aſtringẽtibus in ano cõvenire.*

282. *Eadem indicat cucurbitulas in fine oſſis ſacri applicandas eſſe.*

283. *Paralyſis ſphincteris indicat utendum Cliſteribus reſiccantibus & aſtringentibus.*

284. *Eadem indicat utendum eſſe & fomentationibus ani ex aſtringentibus & corroborantibus nervos.*

285. *Paralyſis veſicæ indicat inunctiones oleorum calefacientiũ per fiſtulã inſtituendas eſſe*

286. *Eadem indicat regionem pectinis & ſacri oſſis inungendam eſſe.*

287. *Paralyſis pudendi indicat cucurbitulas ſuper pectinem ac os ſacrum applicandas eſſe.*

288. *Eadem indicat illas partes inũgẽdas eſſe*

289. *Paralyſis partium faciei, indicat magis maſticatoria, ſternutamenta & errhina uſurpanda eſſe.*

290. *Virtus nervorum læſa indicat corroborantibus cerebrum & nervos ſubinde utendum eſſe.*

291. *Materia auxiliorum requiritur* & διαιτητικὴ & χειρουργικὴ & φαρμακευτικὴ.

292. ΔιαιτητικὴΝ *poſtulat vi[illegible] attenuantem, incidentem & a[illegible] etiam calefacientem, niſi quod v[illegible] deò calidus, ut colliquet humores a[illegible] rius de frigida & humida tradita e[illegible]*

293. Χειρουργικὴ *ex indicationib. de[illegible] venæ ſectionis & cucurbitularum ſat[illegible] con[illegible]*

294. Φαρμακευτικὴ *diverſimode [illegible]ſtratur. Si obſtructio p[illegible]uca & in fieri eſſe exiſtit, ſæpe ſufficiunt elei macis, guttæ 4. vel [illegible] cochlearia aquæ lavendulæ, cum con[illegible]s [illegible]tulis deſcriptionis noſtræ interius ſum[illegible]t[illegible], exterius pulvis victory cap. de paral. cum pelle vulpina.*

285. *Si materia copioſa & adhuc affluens, antea declarata eſt. Si affluxa, Enema ex herbis capitalibus atq; appropriatis nervis, cum paucis emollientibus, & Electuario lenitivo, Eleſſcoph. & indè fiat, dein Digeſtiva ex aqu[illegible] Bethonicæ, Salviæ h. paralyſeos & Syrupo [illegible] Stœchade parentur, deniq; purgetur iterum [illegible]hinc leniter potione aperitiva & purganti, ſequenti die pilulis de hiera ſ. de Agarico, poſtremo corroboretur noſtris rotulis, diacoro &c. a[illegible] iterum fortius purgetur pill. cochys & f[illegible]id[illegible]*

286. *Dropaces & veſicatoria ex ſynepi Euphorbio & ſimilibus ad rubedinem usq; non ad exulcerationem adhibeantur: in par[illegible]ſi brachy cauterium in ceruice, in par[illegible] p[illegible] vertebris ſpinæ prope caudam.*

297. Gargarismi si primo [illegible] simul applicatur valde prosunt, [illegible] esto, de nasalibus alias [illegible].

298. Paralyſes in ſolutione continui vel diviſione nervi vel inciſione & per obliquum & per tranſverſum incurabiles ſunt: aliæ ex vulneribus ad Chirurgiam [illegible] rejiciendæ ſunt.

299. Experimenta contra paralyſin à tota ſubſtantia commendantur [illegible] ſilveſtres, braſſica, cappares, cerebrum leporis, acorus, macis, Salvia, Lavendula & flores ſtœchades arabici.

THEMATA MEDICA

DE MEMORIA BOna conſervanda.

Reſpondente

MELCHIORE CRVSCHIO Sileſio.

THESIS I.

MEmoria ut ſenſuum omnium, rationisq; arcula communis eſt, qua quicquid oculis videmus, vel auribus haurimus, vel mente percipimus, uſui ſervamus. Ita valde fragilis habetur, in cujus damnum maxime ſenes incurrunt.

2. Nemo igitur ſanioris mentis tutelam eius, quæ tantopere cum ad alia negotia tum vero maxime ad ſtudia literarũ conducit, rectè neglexit.

3. Sed non pauci de tutela, auxilioq; memoriæ plane dubitant, qui admoniti in viam redeant, ſibiq; perſuaderi patiantur artem, quæ corpus hominis in vigore actionum, ſanitateq; regit nimirum Medicinam, juvare tueriq; memoriam bonam.

4. Sicut n. memoriæ diſpoſitio alia eſt bona, quæ tutela: alia imbecillior, quæ correctionem: alia deperdita, quæ curationem poſtulat: Ita tutela memoriæ bonæ ad Medicinam ὑγιεινὴν ſalubrem: correctio imbecillioris memoriæ ad προφυλακτικὴν præſervativam: Curativa memoriæ deperditæ ad θεραπευτικὴν, ſeu Methodum medendi morbis pertinet.

5. Tutela verò memoriæ bonæ ut & dignitate & tempore tum correctionem imbecillioris, tùm etiam curativam deperditæ præcedit: Ita hæc nobis quoq; primum in diſputationem veniet, illæ duæ alias tractabuntur.

6. Eſt autem tutela memoriæ bonæ nihil aliud, quàm pars ὑγιεινῆς Medicinæ, quæ ſanitatem cerebri, inprimuſq; poſtremæ eius partis, in qua omnium doctiſsimorum communi conſenſu memoriæ ſedes eſt, in ſuo vigore conſervat.

7. Hæc duplex eſt: una quæ nititur experientia ſola & empirica denominatur. Altera quæ

ratione

ratione & experientia ſimul, & rationalis tutela memoriæ erit.

8. Empirica tutela memoriæ bonæ, ſi ſola exiſtit, non poteſt non eſſe incerta periculoſaq́; vel quod uni prodeſt alteri noceat; vel quia etiam in operibus artis Medicæ novis rarioribus vix obſervatio ulla inveniatur.

9. Sed tamen ſeorſim cognita, ac demum cum rationali Medicina rectè coniuncta, omnem veram, certamq́; tutelam memoriæ bonæ abſolvit.

10. Ita fide dignorum, ac noſtra quoq; experientia conſtat flores & folia Borraginis in vino cereviſiaq́; infuſos, & epotos, memoriam firmam in multam usq; ſenectutem conſervare. Avicenna expertus eſt, Acorum Dioſcoridis, noſtrum calamum aromaticum vulgo dictum eandem mirificè iuvare: Rhazes zinziber conditum.

11. Rationalis autem tutela bonæ memoriæ & ipſa multò plura, certioraq́; auxilia ſuggerit, & illis experimentis dextrè uti ſola novit, quæ ſanè nunquam, niſi quid ſit bona memoria, liquidò conſtet, cognoſcetur.

12. Memoriam igitur bonam Medici intelligunt de diſpoſitione ſeu affectione memoriæ, quæ conſtitutionē cerebri, inprimisq́; poſtremæ eius partis probè temperatam ſequitur, idcoq; ἐπι, ει νημα non incommodè appellatur.

13. Memoriam enim Medici non [illegible], ut Phyſici, ſed hominis tantum, cum [illegible] facultatem animæ principem ac rectricem, [illegible] à cerebri κρᾶσει, ſeu complexione procedit, [illegible], atq; [illegible] tum [illegible], tum etiam propriam oritur, conſiderent.

14. Conſtitutio vero ipſa paſſiva [illegible] cerebri probe temperata, vel ſecundum naturam memoriam bonam, quæ tum fideliter conſervando, tum etiam prompte reddendo viget, primario, ac per ſe efficit.

15. Vt vero conſtitutio cerebri ſecundum naturam multiplex invenitur: Ita bona memoria in differentias non paucas merito diſtinguitur.

16. Vna enim eſt optima memoria, quæ à conſtitutione [illegible] cerebri optime temperata ad juſtitiam memoriæ eſt, ac paululum ad frigidam & ſiccam intemperiem, unde cerebrum firmatur, & ſpiritus ſtabiliores redduntur, declinat.

17. Octo præter hanc differentiæ memoriæ bonæ pro diverſitate unius temperatæ, & ſeptem intemperatarum complexionum cerebri tum ſimplicium quatuor, ubi una qualitas ſaltem excedit, tum compoſitarum trium, ubi duæ qualitates ſimul excedunt, neceſſario dantur, quæ quidem omnes optima [illegible] inferiores quidem ſunt, ſed tamen [illegible] bona manẽt, donec vel memoria neq; ſenſu neq; [illegible]

ubi

ulla læſa deprehendatur vel intemperiei cerebri exceſſus, ſanitatis exactæ, bonitatiſq; memoriæ limites non excedant.

18. Bona n. memoria alia eſt in conſtitutione cerebri calida, ubi medium inter humidum & ſiccum adeſt: alia in conſtitutione cerebri humida, ubi medium inter calidum & frigidum: alia in conſtitutione cerebri frigidiori: alia in ſicciori: alia in calidiori & humidiori: alia in frigidiori & ſicciori: alia in calidiori & ſicciori: alia intemperata, ubi nulla omnino qualitas excedit.

19 Sunt verò alia, quæ interveniente cerebri conſtitutione probè temperata memoriam bonam efficiunt. Hæc verò non per ſe, ſed mediante temperamento cerebri, memoriam bonam pariunt. Et cauſæ dicuntur, quarum aliæ ſunt internæ vel antecedentes; Aliæ externæ, vel προκαταρκτικαί.

20. Externæ in materia auxiliorum ſatis declarabuntur: Internæ ſunt humores tum totius corporis tum etiam cerebri, propter quos, ut homo: ita memoria quoq; valet & ægrotat.

21. Etſi vero omnes quatuor humores nativi, ſi & ſubſtantia puriores, & qualitate temperati, & quantitate commoderati ſint, tum ſpiritus aptos memoriæ conſervandæ, tum conſtitutionem cerebri probè temperatam, tum memoriam bonam gignunt: tamen omnium ma-

ximè humor Melancholicus, qui frigidus & ſiccus parumper habetur.

22\. Nam cum cæteri humores præ tenuitate labiles atq; fugaces ſint, hinc & inde fluant, memoriæ rectè uſui eſſe non queunt, niſi hoc melancholico ſucco figantur, & quicquid ex eo vel ſanguine Melancholico commoderato manet, ſtabile, firmumq; reddatur, ſicq; memoria integra omnibus recondendis, reddendiſq; diutiſſimè reſpondeat.

23\. Quin etiam Spiritus Melancholico humore moderato, neq; multum exuberante, ſat lucidus ac magis ſtabilis ſcaturiens, non tantùm animam memoriamq; commovet, mirabiliter afficit, & meditabundam ſobrie reddit. Sed & Deum, qui puriori, lucidaq; flamma in invocatione magis ardente delitiatur, in commertium trahit, unde memoria antea nativa, optima, ex Dei dono admiranda, & divina quodammodo evadit.

24\. Haſce verò diſpoſitiones memoriæ ſatis dignoſcere, atq; etiam immutationes prenoſcere oportet, ne, quantum cognitione fallamur, tantùm agendo erremus. Vrina quidem, & pulſus maxima aliàs ſigna, hîc nihil valent. Sed primas inter illa tenet actus memoriæ: Secundas ſomnus: tertias capitis excrementa, faciei, capillorumq; color.

25\. Actus memoriæ bonæ tres ſunt. Vnus eſt

leriter memoriæ mandare: Alter, diu memoria conſervare; Tertius, promptè, quoties opus eſt, reddere. De quibus niſi quis certior ſit, actionem memoratricis facultatis neq; in ſe, neq; in alijs perſpexerit.

26. Si omnes æquè vigent, ſignum eſt bonæ memoriæ, ex conſtitutione cerebri optime temperati, hoc eſt, parumper frigidioris, & ſiccioris. Si verò celerius memoriæ mãdat & ſtatim bene reddit ac minus diu retinet, ſignum eſt memoriæ bonæ ex conſtitutione cerebri deflectente vel ad humidi parvum exceſſum, vel ad calidi & humidi, vel ad frigidi & humidi. Si diu retinet, ac non ſatis celeriter memoriæ mandat, nec ſatis promptè reddit, ſignum eſt bonæ memoriæ ex conſtitutione cerebri deflectente parumper vel ad ſiccum, vel ad calidum & ſiccum.

27. Mox ſomnus diligenter obſervandus eſt, non qui ex conſuetudine, vel ex turbis negotiorum immutatus eſt ſed ſua natura conſuevit, utrum ſomnolenti vehementer an modice ſint. Si enim ſomnolenti fuerint, ac memoria tamen bona fuerit, memoria ipſa bona à conſtitutione cerebri aut humidioris, aut frigidioris, aut calidioris & humidioris, aut frigidioris & humidioris pendebit: Si minus dormiant, quàm alij, memoria bona à

conſtitutione vel ſicca, vel calida & ſicca, vel frigida & ſicca proficiſcetur. Si medium inter ſomnum & vigilias obtineant, temperati cerebri.

28. Præterea conſiderandum eſt an aliquid excernat, nec ne, & quæ excretorum ſive capillorum, ſive aliorum qualitas, quantitas. Quæ ſine iſtis duobus ante dictis nihil certi oſtendunt, ſed cum ſingula non iuvent, multa tamen, ac cum illis conſiderata ad diſcretionem proſunt.

29. Sic capilli molles cum ſomnolentia humidum cerebrum: duri cum vigilijs ſiccum: nigri calidum: criſpi ſiccum: excrementa multa narium, oriſq; modo calidum & humidum, modo frigidum & ſiccum, modo frigidum & humidum arguunt.

30. Ac cum ab ortu magis magiſq; calidum & humidum decreſcat, non eſt dubium, quin memoria, quæ bona ex conſtitutione cerebri calidioris & humidioris in pueritia eſt, longe melior in adoleſcentia, & virili ætate evadat, propterea quod tandem κράσις cerebri aut temperata omnino, aut parumper frigida & ſicca, aptiſſima memoriæ optime reddatur: Rurſus quod memoria frigida & ſicca in pueritia procedente tempore deterior evadat, atq; citius ſeneſcat, quæ præſcire Medicum decet.

31. Dabitur enim vera ac certa, tutaq; [illegible]

endæ bonæ memoriæ naſcitur, quæ conſtat ſumma conſilij tum ex ſcopis indicantibus, quid fieri debeat, tum ex materia præſidiorum, quæ ſunt à ſcopis veluti digito indicata, extructa.

32. *Summa verò conſilij in tutela ſanitatis Medicis ἔνδειξις, indicatio dicitur, per quam Medicus rationalis auxilia memoriæ conſervandæ, veluti Empiricus per experientiam invenire, ac dextrè uſurpare novit. Vnde indicatio definitur; comprehenſio mentis certa ex natura indicantis, hoc eſt, ſcopi, & indicati, hoc eſt, auxilij deſumpta.*

33. *Scopi autem ſunt alij principales, alij minus principales. Principales duo. 1. Ipſa cerebri diſpoſitio. 2. Sedes memoriæ. Minus principales ſeptem: 1. virtus. 2. Sexus. 3. Ætas. 4. Tempus anni. 5. Regio. 6. temperamentum totius. 7. Conſuetudo. Sub qua & mores animi, & genus vitæ comprehendimus.*

34. *Diſpoſitio enim cerebri temperata ad iuſtitiam ſcilicet frigidior, ſicciorq́; paulò, indicat conſervationem ſui ſimilibus. Diſpoſitio cerebri vel temperata, vel parumper excedens qui exceſſus tā exiguus eſt ut pro nullo exceſſu habeatur, idem indicat, aut ſi omnibus negotijs vacat, ἐπανορθῶσιν κατὰ μικρὸν, quæ aliò ſpectat, ut ad omnium optimam complexionem reducatur.*

35. *Qui ſit, ut cum quis vel mole negotiorum, vel vitio diatæ biduum, triduumve erraverit, error hic quidem, antequam invaleſcat, memoriamq; malam reddat, unius diei, aut paucarum horarum ſpatio contrario corrigatur, nec correctio hæc tutelæ bonæ memoriæ limites excedat.*

36. *Cerebri poſtrema pars, tanquam memoriæ ſedes cuſtodiam ſui quoq; poſtulat, & indicat, neq; ipſam ſanam, neq; memoriam ſalvam eſſe poſſe, niſi univerſi corporis valetudo etiam rectè conſervetur.*

37. *Cæteri ſcopi, ad quos oculos mentis in vera ratione tuendæ bonæ memoriæ ſubinde quoq; intentos eſſe convenit, aliquando ſimul indicant, & coindicantes dicti uſum dextrum auxiliorum certiorem reddunt, aliquando contra indicant, & auxilij inventi uſum dextrum limitant, & aliquantulum immutant.*

38. *Indicata ſunt materia præſidiorum in tuenda bona memoria. Ex quibus præcipuæ ſunt ſex non naturales dictæ. Medicamenta vel nihil loci hic habent, vel parum, ſi ſcilicet aut parvum exceſſum ſtatim corrigere velimus, antequam inauctus malam gignat memoriam, aut à ſubſtantia tota illa proſint.*

39. *Hac enim ratione aer ſubſtantia purus, & lucidus, qualitate frigidior, & ſiccior, ventus Aquilonius in æſtate memoriam iuvat et tuetur.*

tuetur. Venti vero alij excedentes multum qualitate, imprimusq́; calidus & humidus, Auſtrinus. ac putridus memoriæ nocent. Si verò parum excedant, conſtitutionibus cerebri ſimilibus congruunt, ut calidus aer calidæ, frigidus frigidæ, & ſic deinceps.

40. *Cibus non modò* εὔχυμος, *facilis concoctionis, complexioni cuiusque ſimilis, vel ſaltem quid Melancholici ſucci gignens ſit: ſed etiam iuſta tùm quantitate, tum occaſione temporis, tùm modo utendi dextrè uſurpetur.*

41. *Potus tùm cereviſiæ claræ, probeq́; defecatæ, tum vini ſit moderatus, nec ſtatim ante ingreſſum lecti atq́; initium ſomni ſumatur. Abſint quoq́; ebrietas & crapula memoriæ peſtes.*

42. *Exercitatio ſit moderata in exercitijs corporis, exceptis tamen ſenſuum, & memoriæ, quæ ſumma cum voluptate, alacritateq́; ſuſcepta memoriam tùm faciliorem, tùm etiam firmiorem reddunt. Confert quoque omnibus ediſcendis quies ab exercitijs corporis, alijsq́; cogitationibus, præſertim in ſolitario loco, ordinis diſpoſitione accedente*

43. *Somnus humidioribus cerebri conſtitutionibus ſubinde largiter detur. ſiccioribus diminuatur, nunquam nimius concedatur, tanquam memoriæ venenum. Memo-*

riæ quoq; pernicioſius eſt omnis [illegible] & qui ſtatim cœnam ſoquitur.

44. Inanitio tùm alvi, tum urinæ, tùm ſudoris, tùm etiam inſenſibilis tranſpirationis, aut ſit ſpontanea, aut lenibus medicamentis Caſſia, pilulis Alephanginis, radice petroſelini, vel Theriacæ uſu juvetur.

45. Affectus animi alij ſunt moderati, veluti ira, triſtitia, & ſimiles: Alij ad Enthuſiaſmum usq; inflammentur, cujus generis ſunt: 1. Amor rei mandandæ memoriæ. 2. Admiratio eorum quæ vident, atq; audiunt, ut memoriam rectè confirment.

46. Quæ ſex res non naturales, teſte Galeno, materiæ tantùm auxiliorum ſunt, nec auxilia memoriæ dici debent, niſi cum juxta indicationes rationales dextrè in juſta qualitate, quantitate, occaſione & modo adhibeantur.

47. Medicamenta quoq; antea experientia inventa, ſi à tota ſubſtantia proſunt, ut flores, & folia Borraginis in quotidiano potu uſurpata memoriam juvare videntur, tutò ab omnibus uſurpari poſſunt. Si verò ratione qualitatum hac rationali methodo à quibusdam rectè adhibentur, à quibusdam non absq; damno, verbi gratia: zinziber conditum in frigidis & humidis naturis, vel in exceſſu ebrietatis, ubi crudi, frigidiq; humores relicti ſunt, corrigendis. Acorum Dioſcoridis, Avicennæ experimentum ad memoriam non valet niſi in

frigidi

frigidis & ſiccis conſtitutionibus cerebri, quando mole curarum Melancholicus humor auctus fuit.

48. Summæ autem conſiliorum, ſeu indicationes ipſæ non tantùm in ſummis generibus conſiſtere, ſed ad infimas usq; ſpecies de quibus ſeorſim omnia diſputare, prolixius eſſet, ac publicè hactenus docuiſſe ſufficit, deſcendere debent.

49. Sic generaliſſima Indicatio, vel ſumma conſiliorũ in tuenda memoria bona rationabiliter hæc eſt, memoriam omnem bonam eſſe conſervandam ſui ſimilibus.

50. Minus generales Indicationes ſequuntur, nimirum memoriam optimam exactam ſui conſervationem ſimilibus poſtulare.

51. Memoriam optimam tanquam ex frigida, ſiccaq; conſtitutione cérebri conſervandam eſſe frigidis, & ſiccis, ſive aere, ſive cibo & potu, ſive ſimilibus.

52. Memoriam bonam in aliis cerebri conſtitutionibus conſervandam quoq; eſſe ſui ſimilibus, verbi gratia: Cerebrum temperatum, aere & cibo temperatis, cerebrum parumper calidum, paulò calidiori aere, cibo, potu, & ſimilibus.

53. Memoriæ optimæ correctionem nullam adhibendam eſſe per contraria, nedum curativam niſi error magnus ex exceſſu factus memoriæ quid mali minetur.

54. Memoriæ bonæ correctionem nullam, nedum curativam convenire, niſi aut ad me-gis temperatam, melioremq́ue memoriam reducere velimus, aut error parvus commiſſus, antequam inauctus fuerit, correctionem poſtulat.

55. Correctio tamen memoriæ bonæ talis, ut ad meliorem reducatur, aliò, nimirum ad προφυλακτικὴν ſpectat. Correctio verò erroris parvi huius tutelæ pars habetur.

56. Sed omnis erroris parvi corrigendi communis eſto ſumma conſilij, vel indicatio, contrarij exceſſus uſurpatio, ita ut ſi plus, quàm deceat, pridiè vel corpus, vel animus ſint defatigata, quies major ſolito corrigat. Si vigilia major, quam pro naturæ ratione, ſomnus largior ſtatim ſequatur.

57. Sed ne corrigendi conſilium erret, ſcopos duos inprimis noſſe, intueriq́ue oportet: Primùm diſpoſitionem cerebri: Secundum genus vitæ, quo pridie uſus fuerit. Diſpoſitio cerebri, quid delictum ſit, docebit, recordatio eorum quæ pridiè acta ſunt, quantum à conſuetis recedendum ſit, inſinuabit.

58. Sed cum vita noſtra, ipſaq́ue memoria tot, tantisq́ue periculis obnoxia ſit, atque omnis ratio tuendæ memoriæ bonæ faciliimè labi queat, DEVS Opt. Max. & actiones Medicorum in tutela memoriæ regat, & ſpiritibus cerebri puriſſimis, lucidisq́ue, ac in meditando, orandoq́ue

ardentiu-

ardentioribus Spiritum ſanctum benignè largiatur, ut omne ſtudium memoriæ bonæ conſervandæ ad gloriam divinæ majeſtatis cedat.

Theſes Medicæ

DE MEMORIA DEperdita curanda:

Reſpondente

LEONHARDO AEMYLIO Sigenenſi, Medico Phyſico ordinario Stolbergenſi pro gradu Doctoratus in arte medica conſequendo.

THESES

DE MEMORIAE DEPERDITæ Curandæ ratione in genere.

THESIS I.

Memoria deperdita, Græcis μνήμη ἀπολωλυῖα, Latinis oblivio omnium vel maximæ

partis eorum, quæ ante ſcivimus, dicta, quo modo reſtauretur aliter Philoſophi, aliter ſacri vates, aliter ſacerdotes iuſticiæ, aliter medici conſiderant, de quorum hoc tantum agimus.

2. Quod ſi medici eas conſiderationes, quæ deperditæ memoriæ neceſſariæ ſunt, negligant, reprehenſione non carent. Qui vero conſiderationem ſeriam ſuſcipiunt memoriæ deperditæ, vel experimentis tantùm, vel ratione tantùm, vel ambabus, vel verbo Dei, unde deperditæ recuperandæ ratio diverſa apud medicos exiſtit.

3. Medela verò Memoriæ deperditæ, quæ experientia ſola conſtat, & experimentis nititur, ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας empirica appellatur, & mirificè quidem rudioribus arridet, ſed imperfecta & periculoſa habetur, imò ſæpè exitialis multis fuit.

4. Nec non rationalis quæ ratione auxilia memoriæ invenit, alicubi errat, niſi experientia confirmetur. Quicquid enim ratio invenerit, utile ſcribendum non eſt, niſi expertus fueris, aut ſaltem teſteris, te expertum nondum eſſe.

5. Imò ſicut teſte Hippocrate in aliorum morborum curatione, ita hic quoq; præter iſta duo opus eſt fortuna, quæ ἐγγένηται θεοῦ τοῦ, ac meritò pijs precibus tum ab ægro, tum à medico exoretur.

G. Irug

6. *Itaq; medela memoriæ deperditæ, ut ſit certa, tuta & efficax, tùm benedictione* DEI *quam nos fortunam intelligimus, tùm ratione tùm etiam experientia nitatur neceſſe eſt, atque cùm de prima verbum* DEI *ſatis doceat, de alijs duabus quantum ad memoriam deperditam curandam conferant ex arte nos differemus.*

7. *Medicina memoriæ deperditæ recuperandæ, quæ per experientiam fit, nimirùm empirica, & quæ ratione inſtituitur, nimirum rationalis Methodus medendi non confundendæ ſunt, ſed ambæ ſeorſim tradantur, diſcanturq; atq; in uſu tandem coniungantur, ut ex his perfecta medicina vel curativa memoriæ deperditæ abſolvatur.*

8. *Atque empirica medela, quæ experimenta ſpectat, morbos qui cerebro accidunt, & ſæpe curandi inſtituuntur, memoria & imitatione magis aſſequitur: minùs eos, qui raro, in quorum numero eſt memoriæ deperditæ curativa, quòd rationalis medicina in his, qui raro & accidunt & curandi ſuſcipiuntur, experientiæ longè præſtat, & aliquando ſola valet.*

9. *Nam & hodiè verum eſt, quod Galenus lib. 3. de loc. aff. cap. 4. de Empiricis prodidit, ſeſe interrogaſſe medicos ſui ſeculi præcipuè ſenes & exercitatos, curaſſentne unquam memoriam deperditã, & omnes penè reſpondiſſe, nunquam ſe id tentaſſe, uno duntaxat excepto,*

qui diceret, curationem ſe aliquando aggreſſum nihil verò profeciſſe, rationales autem potius & rectius curare poſſe, ipſe Galenus & Archigenes ante illum, qui multis memoriam deperditam reſtituere, exemplo ſunt.

10. Vnde medicus bonus & perfectus quantum quidem humanis viribus perfecti quid relinquatur, deperditæ memoriæ medetur, tum ijs quæ experientia & longo uſu cognita ſunt, tum etiam remedijs, quæ ratione ex vera demonſtratione contraria inventa ſunt, ſed magis his quàm illis.

11. Empirica igitur medicina deperditæ memoriæ conſiſtit potiſſimùm in concurſu ſignorum evidentium, obſervatione experimentorum & præceptis commodè utendi, quæ omnia eò pauciora ſunt, quò rarius morbus hic curandus ſuſcipitur.

12 Concurſus ſignorum evidentium deperditæ memoriæ eſt oblıviſci planè rerum omnium vel multarum, quas quis benè ante ſcivit, & ſtupere ad ſermones eorum, qui ipſum ſiviſſe antea ea dicant, ut Thucydides lib. 2. belli Peloponneſiaci in horenda Athenienſium peſte ſcribit: Sunt etiam quos ſimul ac convaluerunt, omnium pariter cepit oblivio, neceſſariorum quoq; ac ſui ipſorum, ſicuti neq; alijs ſeculis, neque hodie ſimilia exempla deſunt.

13. Interdum quoq; accidit, ut non an...ſim... memoria tollatur, & omnium notitia abole-

cat, ſed aliquorum tantum prorſus pereat & aliquorum aſſervetur. Sic Meſſalam Corvinum proprij nominis oblivio cepit, alij literarum & artium omninò obliti ſunt, teſte Galeno. Mihi conſulem antea doctum virum, qui quidem literas adhuc ſingulas nominare poterat, connexionis autem ſyllabarum & lectionis omnis oblitus fuerat, curare in Sileſia contigit.

14. *Experimenta alia ſunt, quæ à tota ſubſtantia agunt, alia quæ ratione qualitatum. Experimenta à tota ſubſtantia memoriam deperditam reſtaurantia ſunt, quorum rationem nullam reddere licet, nec ſub methodum medendi rationalem adeò cadunt. Huius generis ſunt tum ſimplicia tum compoſita. Ex ſimplicibus precioſiſſimus eſt Smaragdus, qui vel appenſus collo cutiq; nudæ ſi verè eſt orientalis, ſingulari proprietate cerebro atq; ipſi memoriæ auxilio eſt, vel præparatus, ut in benè conſtitutis Pharmacopolijs habetur, & nomine Smaragdi præparati petitur, comeditur, aut etiam drachma vna cum unciarum duarum ſaccharo in aqua Borraginis diſſoluto miſcetur, & in forma Rotularum ſæpiùs uſurpatur.*

15. *Mox ſequitur Borrago, quam ad memoriam deperditam profuiſſe monacho valdè ſeni Francofordiæ ad Oderam nos & multi alij experti ſumus, cùm & de floribus Borraginis & de folijs in cereviſia vinoq; infuſis quotidie biberet, & conſerva Borraginis mane*

caſtaneæ quātitate aliquādo vteretur [illegible]
Borraginis rarius aſſumeret. Nec [illegible]
puto quod quædam ciuitates Germaniæ ſuperi-
oris Bugloſſam tanti in memoria conſeruan-
da faciunt, & communi ore celebrant, cum
Borrago verior ſit Bugloſſa.

16. Nec contemnendum experimentum eſt
nux Muſcata, quæ mirificè tum cerebrum tum
etiam memoriam reficit, non tam ratione qua-
litatum quàm occultæ ſubſtantiæ, ſive ſola in
ore detineatur, ſive comedatur aliquando,
ſive oleum nucis Muſcatæ per expreſſionem lin-
guæ interiori inunctum in cerebrum exhalet,
ſive naribus inungatur, ſive cum ſacchar in
Rotulis comedatur, ſive oleum nucis Muſcatæ
per deſtillationem, quod fortius operatur, &
cerebrum ſua vi penetrante nimiùm percellit,
guttis duabus vel tribus, ſive aqua nucis Muſ-
catæ cochleari vno vſurpetur.

17. Sed videamus quoq;, quæ experimenta
ſimplicia alia authores nobis referant, Avi-
cennæ eſt Calamus noſter aromaticus: Aelio
eſt Ebur et cornu cervi: Donato ab altomari
Rutæ ſuccus & ſemen vrticæ: omnibus ferè
practicis Caſtoreum. Sed hæc experimenta ra-
tione qualitatum magis agunt, ac methodum
medendi, niſi rationalem accuratioremq; na-
cta fuerint, periculoſiſſima accidunt.

18. Nam ebur, cornu cervi vſta, Rutæ ſuccus
& ſemen vrticæ exiccando humiditatem, quæ

[illegible] ignavam; memoriam reddit: Caſto-reum vero calefaciendo frigiditatem cerebri memoriæ deperditæ non omni ſed ſuæ cuiq; ſpe-ciei, ut methodus medendi rationalis diſtinctè docebit, medentur.

19. Hinc orta ſunt compoſita experimenta ad memoriam deperditam reſtaurandam alia quæ ſimul & tota ſubſtantia et ratione quali-tatum medentur, ut Morſulæ huius deſcripti-onis, quæ recipiunt Sacchari clarificati libram ſemis, aquæ Lavendulæ Borraginis ana unci-am vnam ſemis, coquantur ad conſumptionem aquarum, poſt addantur Margaritarum præ-paratarum ſcrupulus vnus, Eboris uſti, cornu cervi Smaragdi præparati ana ſcrupulus ſemis, olei nucis Muſchatæ per expreſſionem drachma vna, & fiat confectio in Morſulis.

20. Alia experimenta compoſita, quæ ratio-ne qualitatum magis agunt, & ab empiricis incautiùs ac periculoſiùs in omni memoria de-perdita ſananda promiſcuè adhibentur cùm u-ni proſint, alteri noceant, alia ſunt interna, a-lia externa. Interna ſunt potio Iohannis de To-leto, Hiera ruffi, Anacardina confectio, Aurea Alexandrina, Diamoſchu, Diambra. Externa, oleum anacardinum, oleum de Caſtoreo, Garga-riſmus & vnguentum Iohannis de Teleto, & ſimilia.

21. Præcepta commodè utendi hiſce apud empi-ricos nimis rudia periculoſaq; ſunt. imo ſæpè

falſiſsima. Vnum eſt quod vulgus empiricorum oretenus celebrat, ac multos incautos fallit. Hic profuit, ergò omnibus efficax remedium eſt. Cætera in modo utedi declarando tantum, nec ſatis verſantur, multo minùs ad qualitatē, quantitatem & tēpus rectè utendi ſufficiunt.

22. Rationalis igitur medela memoriæ deperditæ, niſi ad empiricam accedat, nihil tutum, nihil certum, nihil jucundum exiſtit, hæc enim in morbo longè experientiæ præſtat, ratione vel per demonſtrationem, vel per artificioſam conjecturam auxilia certa, tuta ac jucunda invenit, & pro cujusq; tum corporis tum cerebri natura dextrè accommodare novit.

23. Ac verſatur circa memoriam deperditam vel planè abolitam, quatenus Memoria princeps animæ functio & facultas ob ſuſcipientis ipſam corporis inprimisq; cerebri alterationem ita læditur, & aliàs methodus medendi memoriæ planè læſæ dicitur.

24. Ratio enim memoriæ deperditæ rationalis nihil aliud eſt, quàm methodus medendi intemperiei cerebri, quæ eſt cauſa memoriæ deperditæ & per indicationem fit, ita ut à primo aliquo auſpicetur, & certo ordine ac via per indicationes ad finem, hoc eſt auxiliorum tum inventionem tum etiam dextrum uſum ſine periculo progrediatur.

25. Duplex autem ratio curandæ memoriæ deperditæ conſideretur a medicis veris neceſſe

eſt, una generalis quæ communis ratio agendorum omnium in deperditæ memoriæ medela eſt: Altera particularis, quæ eſt ratio agendorum propria ſuæ cuiq; memoriæ deperditæ, & veluti exemplum illius ſub eandem viam ducitur.

26. *Generalis igitur ratio curandæ memoriæ deperditæ hic declaranda conſiſtit in ſcopis, indicationibus, auxiliorum inventione & dextro uſu.*

27. *Scopus eſt à quo initium methodi medendi fit, ideoq; & principium methodi medendi exiſtit, ac quaſi meta ad quam omnis curatio dirigatur, habetur, imò indicans vel fons indicationis dicitur, quod natura ejus indicat inventionem & dextrum uſum remedij.*

28. *Sunt autem duo principales ſcopi, unus, diſpoſitio memoriæ deperditæ: alter ſubjectum in quo memoria deperdita eſt, ſive generatim univerſum corpus hominis, ſive in ſpecie ſedes memoriæ vel locus affectus intelligatur cerebrum poſtremum.*

29. *Alij ſcopi paſſim enumerati ab authoribus, tam veteribus quàm recentioribus huc referri poſſunt, verbi-gratia: Temperamentum tum corporis totius in quo memoria eſt deperdita, tum cerebri poſtremi nihil aliud eſt, quàm natura ſubjecti, ſicuti quoq; ad naturam ſubjecti conſuetudo tanquam aſcititia natura, ætas, ſexus, genus vitæ, ambiens aer & propter quæ ambiens*

aer

aer talis eſt redditus, tùm regio, tùm tempus anni cœliq; ſtatus pertinent.

30. Reſtat virtus corporis & membri affecti, ſine qua nulla quidem curatio memoriæ deperditæ rectè inſtitui poteſt, ſed tamen vel eſt cauſa ſine qua non (unde neq; propriè curativus ſcopus cenſendus eſt) vel etiam ad naturam ſubiecti, quæ tum temperamento tum actionibus, unde virtus, tum dignitate æſtimatur, reduci poteſt.

31. Diſpoſitio igitur memoriæ læſæ tum deminum rectè æſtimatur, cùm non tantum an memoria læſa ſit, ſed etiam quis modus læſionis & ad quam affectionem pertineat, & quæ affectionum ſint cauſæ conſtet.

32. Memoriæ læſæ propria ſigna paucißima ſunt: Primas tenent ſigna ab actu memoriæ, quando memoria rerum omnium vel præcipuarum homo careat & oblivio adſit. Secundas ſomnus, ubi ex frigida & humida cerebri conſtitutione oritur oblivio, ſomnolenti ſunt: ubi ex frigiditate & ſiccitate oblivio vel memoriæ abolitio naſcitur, aut pervigiles ſunt, aut parum dormiunt. Tertias excrementa, an aliquid excernant nec ne & quæ excrementorum qualitas & quantitas. Poſtremò urinæ per ſe nihil in memoria deperdita indicant, niſi quod propter concoctionis humorum differentias, ſicuti & pulſus propter virium rationem ſimul perpendendæ veniant.

33.

33. Modus læſionis in memoria differt, quod memoria vel diminuatur vel depravetur, vel plane amittatur, unde deperdita, de qua hic tantum agemus, ſed memoria deperdita alias ex conſenſu aliarum partium vel totius corporis pendet, ut in Apoplexia, Epilepſia, in acceſſionibus febrium, in Mania & ſimilibus, aliàs primogenio affectu talis exiſtit.

34. Rurſus memoria deperdita ex conſenſu aliarum partium duos obtinet modos. Unum cum eſt κατὰ σχέσιν quod medici in fieri eſſe dicunt, ubi cerebrum quidem ex conſenſu afficitur, ſed proprium affectum permanentem non contrahit, ideoq; morbo vel parte ex cuius conſenſu orta eſt, curatis ac cauſis ſublatis oblivio tanquam umbra per ſe evaneſcit, nec propria curatione eget: Alterum καθ᾽ ἕξιν, hoc eſt in facto eſſe, ubi cerebrum propriam noxam & primogenium affectum, qui etiam ſublato conſentiente morbo permanet, & propriam curationem requirit, contrahit.

35. Memoriæ igitur deperditæ ex conſenſu καθ᾽ ἕξιν curandæ methodus, ut ſola neceſſariò requiritur, ita eadem plane eſt cum primogenij affectus medela rationali, quæ hic inſtituitur.

36. Memoria verò deperdita in primogenio affectu eſt ſymptoma in genere læſæ actionis ſenſitivæ interioris quam principem cum Galeno meritò appellamus quod accidit morbo, qui appellatur morbus ſimilaris cerebri poſtremi.

37. Nihil

37. Nihil n. cùm fiat ſine cauſa, abolitæ memoriæ primaria cauſa & immediata eſt affectus poſtremi cerebri præter naturã, nimirũ morbus ipſe cerebri ſimilaris in intemperie, qui mentem quodammodo alterat & memoriam manifeſta abolitione vel oblivione lædit.

38. Morbus cerebri qui memoriam tollit, alius eſt in intemperie frigida tantum, alius in frigida & humida, ubi ſcilicet duæ hæ qualitates excedunt, alius in exceſſu omnium maximo frigiditatis & ſiccitatis, qui Galeno dicitur arida diſpoſitio cerebri, Germanis das ſincken des Gehirns quod rarius accidit, imo quivis horum aliquando ſine materia, aliquando cum affluxu materiæ exiſtit. Melancholia igitur deperdita tanquam ſymptoma vel effectus ad morbum cerebri pertinet, unde etiam omne cõſilium eius curandæ ſumitur.

39. Sed ut diſpoſitio hæc nimirũ morb. cerebri eſt cauſa abolitæ memoriæ, ita præter hanc genꝰ eſt cauſarũ, quæ hũc morbũ cerebri creãt; nã quam rationẽ habet diſpoſitio morbi ad memoriã deperditã, hanc alterũ quippiã ad ipsã morbi diſpoſitionẽ habeat opus, illo duntaxat varians, quòd morbus cũ memoria deperdita unà conſiſtit, nec poteſt eſſe usq; memoria deperdita ſine præternaturali cerebri diſpoſitione. Eius autem diſpoſitionis quæ memoria abolet cauſæ ſunt ſecundariæ, quæ nõ niſi mediante morbo cerebri memoria deſtruunt, ideo propriè cauſæ morbi di-

cuntur,

cuntur,& aut non etiã eſſe cũ memoria deperdita ſimul poßũt,aut eſſe adhuc ſimul& manere

40. *Harum cauſarum aliæ intra corpus conſiſtunt,& intimæ vel antecedentes dicuntur ut vel humores propter quos ut homo ita cerebrũ quoq; tum valet tum ægrotat, vel fluor ſubſtãtiæ ratione ætatis in ſenibus omninò inevitabilis aliæ extrinſecus & externæ cauſæ appellantur,cuius generis ſunt.1.diuturnum capitis frigus.2.medicamentũ frigidum aſſumptum 3.lactuca & alij cibi frigidi ſæpius uſurpati. 4. vinum aqua nimis dilutum. 5. frigida lotio in dulcib. aquis vel etiam frigus capitis poſt calidas lotiones.6.labor immodicus ingenij.7.morbi alicuius abſceſſus in poſtremã cerebri partẽ, vel ut vulgo medici dicunt,in oblivionem.*

41. *Subiectum in memoria deperdita, generaliter loquendo,eſt univerſum corpus,ſed magis propriè & ſpecificè ipſum cerebrum& inprimis poſtremus ventriculus cerebri,ſedes memoriæ & rationis,quòd ibi ſpiritus primariũ inſtrumentũ memoriæ potiſſimũ,nec ullo modo in duobus ventriculis cerebri anterioribus contineatur.*

42. *Eius natura temperamento, actione & dignitate æſtimatur. Temperamentũ corporis in homine calidum & humidum exiſtit, cerebri verò frigidum & humidum eſt, poſtremi quoq; cerebri craſis paulò magis ad ſiccius vergit, ideoq; durius ſua natura exiſtit, ut*

rerum

rerum imagines per exteriores in ſenſorium [illegible] na ab imaginatrice animæ facultate ſuſcepta, & ratiocinatricis judicio [illegible] purgata [illegible] dita atque perpurgata in hoc [illegible] ſinu condi, permanere, [illegible] reddi quoties opus eſt, queant. [illegible] hominum [illegible] animalibus alijs antecellit, ſed cerebri [illegible] muńq; memoria longe nobiliſſima eſt. Denique cum dignitas corporis humani pre[illegible] conſpectu DEI habetur, tum cerebri ſumma [illegible]

43\. *Quibus omnibus rectè cognitis a natura ſi operum indicationes tanquam ſumma conſiliorum, quæ monſtrant & inventionem remediorum & dextrum uſum eorum, ſum[illegible] Sed harum aliæ docent, an memoria d[illegible] curari poſſit, duæ nimirum, una, memoria deperdita ex ſiccitate difficilius curatur quam quævis alia: altera, memoria ex ſiccitate [illegible] [illegible] deperdita nunquam prorſus reſtituitur ac vix mitigari alicubi poteſt. Aliæ ſunt, quæ rationem agendi oſtendunt.*

44 *He ſumuntur vel à morbo & natura ſubjecti, & curativa propriè dicuntur, vel a cauſa morbi & προφυλακτικαὶ appellantur. Quarum hæ, ſi adſunt prius in conſideratione[illegible] veniunt, illæ poſterius. Indicationes igitur προφυλακτικαὶ ſunt: Primum plethora evacuanda eſt per miſſionem ſanguinis. Secundo Cacochymia per purgationem p[illegible] humoris, & [illegible]rationem corrigitur.*

45. Indicationes curativæ generales auxilia generatim monſtrant, & ſumuntur tum à morbo, tum à natura ſubjecti. Indicationes communes medendi memoriæ deperditæ à diſpoſitione morbi hæ ſunt: 1. Contraria contrariis curantur. 2. Morbus cerebri frigidus, qui eſt cauſa deperditæ memoriæ, alterandus eſt per calefacientia. 3. Morbus cerebri frigidus & humidus, indicat eſſe calefaciendum & exiccandum. 4. Morbus cerebri frigidus & ſiccus indicat eſſe calefaciendum & humectandum. 5. Morbus cerebri frigidus & humidus cum affluxu pituitæ indicat partim eſſe evacuandum phlegmagogis, partim etiam alterandum humectantibus & calefacientibus. 7. Morbus frigidus & humidus cum affluxu mixtorum humorum pituitæ & melancholiæ indicat partim evacuandum eſſe phlegmagogis & cholagogis, ſimul & alterandum eſſe.

46. Indicationes communes medendi memoriæ deperditæ à natura ſubjecti hæ ſumuntur: 1. cerebrum poſtremum, ſi adſit plethora, & cacochymia corporis vel repletio totius cerebri non eſſe curandum localibus medicamentis, niſi univerſo & capiti & corpori prius medeamur. 2. Si plethora & cacochymia antedicta abſint, medicamenta ad memoriam deperditam propria alias localia poſtremi cerebri dicta ſtatim adhibenda eſſe. 3 Medicamenta communia calefacientia & ſimul aut exiccantia

 aut hume-

aut humectantia propria eſſe reddenda medi- appropriatis, hoc eſt cephalicis.

47. Auxilia igitur memoriæ deperditæ, quæ ratio per indicationes certiora, ac tutiora in-venit ſunt partim διαιτητικὰ, partim φαρμα-κευτικὰ, partim χειρουργικὰ. Diæta autem potiſſimum exiccans calidaq́; erit, ut aer ſere-nus & arte talis factus, vel arenoſis habitatio-nibus, vel hortis plenis herbarum calidarum & ſiccarum Lavendulæ, Roſmarini, Majoranæ, Rutæ, Salviæ, Origani, Thymi aliorumq́; aro-matum, niſi quod odores eorum ſenſim hauri-endi ſint. Cibi juſculorum vini aromatiſato-rum, cereviſiæ cum baccis Lauri, panis ſalis & cum carui vel cumino, oſſium perdicum contuſorum, aquæ Lavendulæ & nucis Moſcha-tæ mixtorum cum juſculis cochlearis quantita-te. Carnium avium ſylveſtrium, perdicum, le-porinæ, capræ ſylveſtris, piſcium ſaxatilium im-primisq́; auratarum. Potus vini albi meracio-ris & veteris, cereviſiæ aromatiſatæ cum baccis Lauri aut ſacculo, qui recipit Zinziberis, cina-momi ana unciam unam, cubebarum, ſeminis Pæoniæ, radicis Ireos, baccarum Lauri a-na drachmas tres, nucis Moſchatæ, Cariophyl-lorum, Macis ana drachmas duas, granorum Paradiſi drachmam unam, miſce & fiat pul-vis pro ſaccul. Somnus parcior nec ultra ſex tem horas & is ſolus nocturnus, nec ſtatim poſt cœnam. Motus corporis ante cibum crebrior & velo-

mentior

memoriæ, inanitiones multæ tum per purgationes, tum per urinas, tum etiam per ſudores. Affectus animi concitatiores lætitia & ira ad excandeſcentiam usq;. Diæta tamen pro memoria deperdita ex ſiccitate nimia, quæ quandoq; accidit, his contraria ſit

48. Pharmaca ubi opus eſt, univerſalia corporis & capitis præmittuntur, atq; tum demum localia adhibeantur, ubi verò licet, de quo antea propria medicamenta ad memoriam deperditam ſtatim uſurpentur, hæc potiſſimum ſunt exiccantia calorificaq; remedia, ſimplicia. Zinzib er conditum, calamus aromaticus conditus, Ruta, Roſmarinus, Majorana, Caſtoreum, cubebæ, grana Paradiſi, Lavendula. Nonnunquam etiam purgantia, Turbith, Agaricus. Nec negligenda ſunt experimenta à tota ſubſtantia, antea enumerata. Compoſita, Morſulæ ſuperiores ad memoriam. Potio Ioannis de Taleto, Diambra, Diamoſchu, Anacardini confectio, conditum noſtrum quod R. Conſ. Meliſſæ unciam unam, Borraginis uncias duas, Lavendulæ unciam ſemis, Diacori, nucis Moſchatæ conditæ ana drachmam unam ſemis, Caſtorei ſcrupulum unum, Spec. Diamoſchu a mari ſcrupulum ſemis cum Syr. de Stœchade miſtū lege artis. Electuarium Gilberti anglici etiam Savonorolæ probatum. Aliquando etiā purgantia, Hiera ruffi deſcriptione Actij, Eluſ. E leſ. of. Pharmaca tamen eadem in memoria

deperdita à nimia areſactione cerebri humor & contraria requiruntur.

49. Chirurgica nulla, experientia ſed ratio invenit, huius generis ſunt quæ omnium po-ſtrema adhibentur, eaq; omnia vehementer ca-lida exiccantiaq;, ut Archigeni cucurbitula ca-piti adhibita, ut & calefaceret cerebrum fri-gidum & humorem ex imo ad ſeſe extraheret. Deinde ſinapiſmus & apophlegmatiſmus ex ſi-napi, Naſturcio, ſtaphyſagria. Nobis ſunt mu-ora: frictiones crebriores poſtremi cerebri cum linteis calidis & aſperſo malvatico: aut fricti-ones cum pulvere iniecto igni quem Benedi-ctus Victorius deſcribit: aut unguentum Toleti aut Maſticatoria uſitata & Errhina per ſuc-cum Maioranæ, ſuccum Betæ & ſimilia. Ali-quando tamen in memoria deperdita à nimia ſiccitate remedia calefacientia & humectantia requiruntur. Quæ omnia auxilia inveniſſe non ſufficit, niſi dextrè etiam cuiuis tum ſpe-ciei memoriæ deperditæ, tum etiam naturæ cu-iusq; complexioni in iuſta tum qualitate, tum tempore tum modo utendi rectè accommoden-tur, id quod particularis curativa memoriæ deperditæ alias practica dicta, ſatis docet.

50 Sed practica hæc multiplex exiſtit. 1. Cu-rativa memoriæ deperditæ à frigiditate ſolius ce-rebri poſtremi in temperato homine. 2. Cura-tiva memoriæ deperditæ à frigiditate ſolius ca-lido corpore. 3. Curativa memoriæ deperditæ

à frigiditate cerebri in frigido corpore. 4. In humido corpore. 5. In ſicco corpore. 6. In calido & ſicco. 7. In frigido et ſicco. 8. In calido et humido. 9. In frigido et ſicco corpore. 10. Curativa memoriæ deperditæ à frigiditate et humiditate cerebri in temperato homine. 11. Curativa memoriæ deperditæ à frigiditate & humiditate in calido corpore. 12. In frigido corpore. 13. In humido corpore. 14. In ſicco corpore. 15. In calido & humido. 16. In calido & ſicco corpore. 17. In frigido & humido corpore. 18. In frigido & ſicco corpore. 19. Curativa memoriæ deperditæ à frigiditate & ſiccitate cerebri in temperato corpore. 20. In calido corpore 21. In frigido 22. in humido corpore. 23. In ſicco corpore. 24. In calido & humido corpore. 25. In calido & ſicco corpore. 26. In frigido & humido 27. In frigido & ſicco. 28. Curativa memoriæ deperditæ ab iiſdem intemperiebus in iiſdem naturis cum affluxu memoriæ modo ſimplicis modò mixtæ: Nemo autem ſanæ mentis erit, qui vel ſine conſilio doctiſſimi medici rectè memoriæ ſuæ deperditæ mederi, vel de iiſdem hoc tempore & loco plures Theſes omnium particularium methodorum ſimul à nobis poſtulare velit.

FINIS.

ELENCHVS DISPVTATIONVM PRIORVM D. GREGOR. HORSTII.

I. De Medicina in genere. pag. 9
II. De Elementis ac temperamentis p. 20.
III. De partibus humani corporis earumque actionibus. p. 31.
IV. De ſanitate corporis humani. p. 43
V. De morbo eiuſdemque differentiis. p. 51
VI. De cauſis morborum. p. 61.
VII. De Symptomatibus ac ſymptomatum differentiis. p. 72.
VIII. De cauſis ſymptomatũ externorũ ſẽſuũ p. 81.
IX. De cauſis ſymptomatum facultatis motivæ principis. p. 93.
X. De cauſis ſymptomatum vitalis & naturalis facultatis. p. 105.
XI. De cauſis ſymptomatũ qualitatis mutatæ ac retẽtorũ atq; excretorũ, præter naturã p. 118
XII. De doctrina ſignorum in genere, & de ſignis diagnoſticis inſalubribus in ſpecie. p. 131
XIII. De pulſibus. p. 142.
XIV. De Urinis. p. 154.
XV. De ſignis prognoſticis. p. 166.
XVI. De tuenda ſanitate. p. 179.

XVII. De methodo medendi. p. 191.
XVIII. De venæ ſectione. p. 203.
XIX. De purgatione. p. 215.
XX. De materia medica. p. 226.

CATALOGVS

DISPVTATIONVM POSTERIORVM D. JACOBI HORSTII.

I. De cõmunibus rerũ omniũ elemẽtis. pag. *239.*
II. De temperamentis vulgò complexionibus dictis. p. 250.
III. De ſecundis humani corporis Elemẽtis. p. *268.*
IV. De corpore hominis eiuſque partibus & facultatibus. p. *286.*
V. De actionibus corporis humani, atq; partium eius, & modo, ſecundum quẽ illæ fiãt. p. *294.*
VI. De paſsionibus corporis humani atq; partiũ eius, & modo, ſecundũ quẽ illæ fiant. p. 305.
VII. De diſpoſitionibus corporis humani eiusq; partium. p. 311.
VIII. De ſanitate eiusque differentijs, cauſis & accidentibus. p. *316.*
IX. De neutro corporis humani eiusq; partium ſtatu quã vulgò imbecillitatẽ vocant. p *336.*
X. De morbis, eorumq; differentijs atque ſpeciebus. p. 347.
XI. De cauſis morborũ præcipuè internis. p. *360.*
XII. De modo generationis morborum in intemperie ex cauſis eorum præcipuè internis. p. 368.

XIII. De modo generationis morborum in compoſitione & in ſolutione continui ex cauſis eorum. p.385.
XIV. De ſymptomatibus morborum & eorum differentijs atque ſpeciebus. p.397.
XV. De ſymptomatum cauſis & modo generationis ex eis. p.417.
XVI. De criſibus morborum, & criticis diebus, menſibus, & annis ex eis. p.429.

CATALOGVS

DISPVTATIONVM PRACTICArum, in gratiam Doctorandorum conſcriptarum eiuſdem Auctoris.

I. De Angina. p.445.
II. De Apoplexia. p.457.
III. De Paralyſi. p 483.
IV. De memoria bona conſervanda. p.533.
V. De memoria deperdita curanda. p.547.

TOTIVS OPVSCVLI.

A.

Abortus pag. 116
Actio corporis quid p. 38
Actio triplex p. 39
Actio animalis ib.
Actio ſenſus ib.
Actio motus animalis ib.
Actio princeps ib.
Actio vitalis p. 40
Actio naturalis ibid.
Acutus morbus ſimpliciter p. 59
Actio læſa primarium Symptoma p. 74
Actio læſa triplex eſt p. 75
Actio quælibet tribus modis læditur ib.
Actiones læſæ ſenſuum ib.
Actiones læſæ internarum facultatum p. 76
Actio læſa vitalis p. 77
Actio læſa naturalis ib.
Actio læſa inſigne ſymptoma p. 82
Actio unde lædatur ib.
Actionis læſæ triplex cauſa p. 83
Actio læſa p. 133
Adoleſcentia p. 28
Ætatum variatio p. 28
Ætas virilis p. 29
Aer p. 22?
Affectus animi p. 229
[illegible] p. [illegible]9
Alphi albi p. 114
Alphi nigri ib.
Alimenta ſenibus convenientia p. 18?
Alterantia duplicia p. 2?0
Alterantia manifeſta ib
Alterantia occulta duplicia p. 22?
Alexipharmaca ib
Ἀμβλύωσις p. ?5
Amygdala p. 128
Animi perturbatio p. 40
An detur neutra conſtitutio p. 4
An ſint morbi materiæ vel formæ p. 53
Antecedens cauſa p. 63
Anaſarca p. 114
Ἀνασόμωσις p. 120
An morbus celeriter vel tarde moveatur p. 168
An ſalus vel mors expectanda p. 173

An paulatim vel ſubito morbus finiri debeat p. 175
An venæſectioni lenitiva præcedere debeant p. 209
An ad animi deliquium evacuandum p. 210
An tenuis etiã humor incraſſandus p. 223
Aτοια p. 101
Apoplexia p. 100
Appetitus ventriculi læſio p. 92
Appropriata medicamenta p. 232
Arenulæ urinæ p. 161
Ars ſine methodo nulla eſt p. 191
Artis chymicæ uſus p. 234
Alacritia cauſa p. 63
Aſthma p. 108
Aſcitis p. 114
Ἀτροφία p. 113
Atomi urinæ 165
Augmentatio p. 42
Auditus læſio p. 92

C.

Cauſarum ſubjecta p. 63
Cacochymia p. 65. p. 139
Cacochymia duplex ibid.
Cauſa [illegible] cauſæ ſine quibus non p. 66
Cauſa calidi morbi ibid.
Cauſa frigidi morbi ibid.
Cauſa humidi morbi p. 67
Cauſa ſicci morbi
Cauſa morborum in figura
Cauſa laxationum meatuum
Cauſa anguſtiæ ibid.
Cauſa aſperitatis p. 68
Cauſa depravatæ magnitudinis
Cauſa depravati ſitus ibid.
Cauſa ſolutionis continui
Cauſæ morborum in fieri & facto p. 69
Cauſa ſalutaris & lethalis morbi ibid.
Cauſa magni & parvi morbi p. 70
Cauſa continui & intermittentis
Cauſa acutorũ morborum
Cauſa mitis vel maligni morbi ibid.
Cauſa morborum communium p. 71
Cauſa morborũ ſporadicorũ
Cauſa Endemiorum
Cauſa Epidemiorum ibid.

Cauſæ ſymptomatum humoris Cryſtallini p. 84
Carus p 100
Catoche ibid.
Catarrhus p. 128
Cauſa morbifica per ſigna etiam cognoſcenda p. 138
Cœliaca p. 124
Cacochymia biliosa p. 140
Cacochymia pituitoſa
Cacochymia melãcholicaib.
Caruncula in urina p. 164
Capilli in urina p. 165
Cauſa criticorum dierum p. 176
Cacochymia purganda p. 201
Cerebrum p. 34
Chirurgia p. 18
Chemoſis p. 88
Cholera p. 122
Chirurgicæ adminiſtrationes p. 235
Cibus & potus p. 227
Confuſa cognitio præcedit diſtinctam p 9
Conſtitutio calida p. 26
Conſtitutio calida humida
Conſtitutio calida ſicca ibi.
Conſtitutio frigida p. 27
Conſtitutio frigida humida
Conſtitutio frigida ſicca i.
Coctionis & alterationis diverſitas cur à natura inſtituatur p. 33 Corp. 35
Congenita cauſa morbi p. 63. Continens ibid.
Contentorum vitium p 86
Convulſio p. 96
Convulſionis varietas ib.
Coma vel cataphora p. 10
Coma duplex, ſomnolentũ & vigilans p. 10
Conceptio p. 11
Colici dolores p. 12
Contenta ex parte ſecundũ naturam p. 16
Contentum album ibi
Corona urinæ p. 15
Contenta ſubſtantia ſu peccantia auferenda p. 2
Contenta ab albo diſceden tia mala p. 16
Contentorum ſitus
Contentorum ſubſtanti
Contenta levia & diſſe
Contenta toto genere p.
ibi
Coindicantia quid ſint p. 19

Cōtra ind cantia quid ib.
Conſuetudo quoq; attendenda in venæſ. p.209
Compoſitio medicamentorum unde ſuam habeat originem p.234
In cōpoſitione medicamentorum quatuor conſideranda p.235
Cryſtallini extenuatio p.85
Cryſtallinus intumeſcens, vel contabeſcens ibid.
Criſis p.175
Criſis optima ib.
Criſis bona fit cum naturæ robore p.176
Criſis bona materiam aut evacuat, aut alio transfert p.177
Cur à cognitione corporis fiat initium in medicina p.20
Cur tantum quatuor elementa p.21
Curationem fieri per contraria p.195
Cutis temperata pars in corpore humano p.25
Cur de pulſibus & urinis peculiariter agendū p.141
Cur de urinis peculiariter agatur 15[illegible]
Cur de prognoſticis ſeorſim agendum p.[illegible]
Curatio intemperiei p.19[illegible]
Curatio morborum informationis [illegible]
Curatio unitatis ſolutæ p.19[illegible]
Curatio cōpoſitorum morborum [illegible]
Curatio disjunctorū morborum ibid.
Cur de venæſectione peculiariter agatur p.20[illegible]
Cur ſanis purgatio noxia p.21[illegible]

D.

Dari morbos totius ſubſtantiæ p.5[illegible]
Definitio ex rei natura deducitur p.[illegible]
Definitionis duo requiſita ibid.
Deſtillatio p.[illegible]
Defenſio ſanitatis deſlectentis p.18[illegible]
De arteriotomia p.214
Dieta p.[illegible]

Differunt ſymptomata & opera naturæ p.73
Differunt ſymptomata & naturales impotentiæ ibid.
Diſpoſitio ægrotantiũ variat ſymptomata p.95
διαπήδησις p.120
διαίρεσις ibid.
Diarrhœa p.124
Diabetes p.127
Diagnoſtica p.132
Diagnoſtica ſigna triplicia p.133
Dolor tactus ſymptoma p.76
Dolor p.134
Doloris cauſa p.91
Dyſpnœa p.108
Dyſenteria p.124
Dyſenteriæ nothæ p.125
Dyſuria p.126

E.

Efficiens cauſa tantum à Medico conſideratur p.61
Efficiens duplex p.62
Efficiens externa
xterna contingens.
[illegible] neceſſaria ibid.
ἔγκαθις p.89
ἐ[illegible]πιον p.88
Elementa primum locum obtinent p.21
Elementorum conſideratio duplex
Elementum quid
Elementum non eſt unum ibid.
Elementa quot p.22
Elementa ſunt finita numero
Elementorũ qualitates ibi.
Elephantiaſis p.114
Empirici p.18
Endemij morbi p.60
Epilepſia quid p.100
ἐπιφορα p.88
Epiphora catarrhalis p.128
Epidemij p.60
Eryſipelas p.114.
Evacuationis per venæſectionẽ quantitas p.209
Evacuantia medicamenta p.234
Experientia cur quoq; requiratur p.13
Expulſionis læſio p [illegible]
Excretum p.13[illegible]

...a retenta præter naturam p. 120

F.

Facultatis principis læſio p 99

Farinæ urinæ p 165

Facultates inſitæ & influentes p. 83

Finis Medicinæ ultimus p. 12

Flatus p. 125

Fluor muliebris p. 121. *de pravatus* p. ibid.

Fontes ſignorum prognoſticorum duo p. 167

Formæ Elementarum manent in mixtis p. 23

Furor uterinus p. 104

Furor amatorius ibid.

Furfures urinæ p. 165

G.

Generatio p. 42

Generationis Læſiones p. 115

Genus remedij p. 195

Genus morbi p 52

Glaucedo p. 84

Gravedo p. 128

Gonorrhea p. 129

Gonorrhea [illegible] p. [illegible]

Gonorrhæa gallica ibid.

Grando p. 8[illegible]

Gravidæ quomodo venæ ſectionem ferant p. 2[illegible]8

Gravidæ quando purgandæ p. [illegible]

Guſtatus læſio p. 9[illegible]

H

Homo temperatus p 2[illegible]

Hordeolum p. [illegible]

Horror p [illegible]

Humores excrementitij in ſenibus p. 1[illegible]

Humorum defectus reſarciendus p. 2[illegible]

Humorum impetus venæ ſectione revelli & derivari p. 20[illegible]

Humoribus putreſcentibus an venæſectio conveniat ibid.

Hydrophobia p. [illegible]

I.

Icterus p [illegible]

Iecur p. [illegible]

Ileus morbus p. [illegible]

Imaginatio p. [illegible]

Inſtrumenta operationum medicæ p. [illegible]

Inæqua-

Inæqualitas temperamentorum p. 27
Interna cauſa p. 62
Incubus quid? p. 105
In morbo quæ conſideranda p. 167
Individuorum natura non deſcribitur p. 182
Indicatio quid? p. 193
In indicatione duo conſideranda p. ibid.
Inteſtinorum cōtenta p. 122
Indicans quid? ibid.
Indicantia triplicia p. 193
Indicatum quid? p. 195
Indicatio quotuplex. ibid.
Indicatio curatoria ibid.
Indicatio præſervatoria p. 200
Indicatio vitalis p. 202
Indicantia venæſectionem p. 206
Intermiſſus motus incitalus p. 202
In pectoris affectibus quænā vena incidenda p. 212
Iuſtus utendi modus p. 197
Iuventus p. 29

K.

καθαρκτικὰ *quadruplicia* p. 234
κακοτροφία p. 113
κόρυζα p. 89

L.

Lactis abundantia p. 129
Lactis dejectus ibid.
Læſio naturalis facultatis p. 109
Læſio attractionis p. [illegible]
Læſio retentionis ibid.
Læſio concoctionis p. 111
Læſiones ſecundæ & tertiæ coctionis p. 1[illegible]
Lethargus p. 1[illegible]
[illegible] p. 114
λεύκωμα p. [illegible]
Lipothymia p. 1[illegible]6
Locorum & regionum diverſitas p. 30
Lienteria p. 123
Lycanthropia p. 104
λύσσα p. 1[illegible]

M.

Mania p. 103
Materia ſedimenti in morbo eſt particula materiæ morbificæ p. 161
Materia auxiliorum [illegible]
Maſſa ſanguinea [illegible]

mittenda p.201
Mathematica quæ verſatur [illegible] duplex p.226
Materia [illegible] ſanitatis acquiſitio triplex p.227
[illegible] diætetica ibid.
Materia pharmaceutica p 229
Medicina ars difficilis p.179
Medicinæ partes primariæ duæ p.180
Medicina ars præſtantiſſima p.9
Medicina eſt ars, non ſcientia p.11
Medicina qualis ars p.12
Medicinæ ſubiectum ibid.
Medicinæ definitio perfecta p.13
Medicinæ fundamenta duo p.13
Medicinæ officium p.14
Medicinæ diviſio p.15
Methodus p 18
[illegible] generalis in praxi [illegible] p.191
Memoria [illegible] p.20[illegible]
Menſis [illegible] p.10[illegible]
Melancholia p.[illegible]
Melancholia [illegible] ibid.
Menſtruum [illegible] p.[illegible]
Menſtruum [illegible] ibid.
Menſtruum donum depravatos ibid.
Menſium [illegible] p.[illegible]
Methodus medendi quæ p.[illegible]
Medicina naturæ ſervit p.[illegible]
Medicamentum purgans quomodo trahat humores p.[illegible]
Medicamenta ſimplicia varia p.[illegible]
Medicamenta ſunt alterantia & evacuantia p.[illegible]
Medicamenta alterantia duplicia p.[illegible]
Medicamenta calefacientia p.[illegible]
Medicamenta refrigerantia p.[illegible]
Medicamenta humectantia [illegible]
Medicamenta exſiccantia [illegible]
Methodus in medicina [illegible] p.[illegible]
Miſtio quid? p.[illegible]
Miſtio [illegible] & [illegible]ta [illegible]
Miſtus in voluntarius [illegible]

μιδελασιο p.87
Morbus, quid ſit p.51
Morbi genus p 52
Morbi differentia ibid.
Morbi diverſa genera ibid.
Morbi ſimilares primi generis p.53
Morbi organici ſecundi generis p.54
Morborum organicorum differentiæ ibid.
Morbus in figura ibid.
Morbus ſuperficiei ibid.
Morbi cavitatum p.55
Morbus in numero ibid.
Morbi magnitudinis ibid.
Morbi in ſitu ibid.
Morbi communes tertij generis ibid.
Morbi compoſiti p 56
Morborum differentiæ accidentales p.58.
Morbus alius in fieri, alius in facto, alius in fieri & facto ibid.
Morbus alius lethalis, alius ſalubris.
Morbus alius magnus alius parvus.
Morbus continuus alius, alius intermittens ibidē.
Morbus acutus & non acutus p.59
Morbus peracutus extreme.
Morbi alij benigni, alij maligni ibid.
Morbi communes, vel ſparſi p.90
Morboſa ſigna triplicia p.132
Morborum tempora p.127
Morbi eventus p.169
Motus peccans inhibendus p.202
Morbi principiū accōmodatiſſimum ad venæ ſectionem p.214
Motus & quies p.22
Mutata qualitas p.118
Mutata qualitas reſpectu viſus ibid.
Mutata qualitas reſpectu auditus p.119
odoratus. Guſtatus.
Tactus . ibid.
Mulieres caute purgandæ p. 220
Μυωπία N. p.
Naturales impotentiæ ... obiectū minus ...

Pulſus [illegible] cauſæ
Pulſus vehementis cauſſæ. ibid.
Pulſus intercisi cauſæ p.150.
Pulſus caprizantis cauſæ
Pulſus [illegible] cauſæ
Pulſus ſerrati cauſæ ibid.
Pulſus [illegible] cauſæ p. 1[illegible]
Pulſus convulſivi cauſæ
Pulſus [illegible] cauſæ
Pulſus vermicularis cauſæ
Pulſus formicantis cauſæ ibid.
Pulſuum inæqualium cauſæ in pluribus ictibus p. 152.
Pus [illegible] p. 164.
Purgationis doctrina cognitione digna p. 215.
Purgatio multiplex p. 216.
Purgatio univerſalis & particularis ibid
Purgatio univerſalis duplex p. 217.
Purgatio quomodo fiat ibid.
Purgatio quando indicetur p. 218.
Purgantia propriè dicta p. 232.

Q.

Quantitas evacuationis p. 225
Quando [illegible] purgatio locum habeat p. 22[illegible]
Quantitas peccans attendenda p. 2[illegible]
Qualis aer ad venæ ſectionem eligendus p. 2[illegible]
Quando majores vel minores venæ ſecandæ p. 2[illegible]
Qualitas mutata p. 78 p. 118. 11[illegible]
Quænam poteſtate calida, frigidave p. 3[illegible]
Quænam virium imbecillitas venæſectionem impediat p. 207
Quæ tẽperamẽta ſint apta ad venæ ſectionẽ p. 207.
Quænam ætates facile ferant venæſectionem ibid.
Quæ naturæ ſint aptæ ad purgationem p. 22[illegible].
Quænam vena aperienda ratiõe evacuationis p. 2[illegible].
Quæ ſint obſervanda ante inſpectionem urinæ p 15[illegible].
Qui ad purgationem idonei p. 21[illegible].
Qui nam ſexus magis aptus ad venæ ſectionem p. 2[illegible].
Qui nam verus Medicus ſecundum Gal. p. [illegible]

Quomodo gen9 inveſtigari ge nọin aliqua definitione p.10
Quomodo Medicina ſit ſcientia p. 11
Quodnam temperamentum optimam ſanitatem indicet p. 46
Quomodo neutralis ſtatus detur p. 49
Quomodo ſenſus illæſo motu, & motus illæſo ſenſu lædatur p. 97
Quomodo ad animi deliquiũ ſanguis mittẽdus p.107
Quomodo cognoſcendum an pars primariò, vel per cõſenſum afficiatur p. 135
Quomodo futura criſis præcognoſcatur p. 178
Quomodo actiones ſecundarum qualitatum reducantur ad primas p. 230
Quo tempore purgandum p. 224

R.

Ratio
Ratiocinatio p. 39
Ratio methodi p. 43
Rationis diſcurſus cur opus ſit p. 13
Requiſita cauſæ efficientis p. 16
Reſpiratio quomodo ad vitalem facultatem reducatur p. 106
Reſpirationis læſio. 108
Remedij quantitas p. 196
Res p.n. quomodo impediant venæſectionem p. 209
Revulſionis gratia quæ venæ ſecandæ p. 211
Revulſio localis p. 212
Res non naturales quomodo venæſectionem prohibeant p. 221
Res p. n. quomodo purgationem impediant p. 222
Redundantia et exinanitio p. 229
Rigor p. 95
ῥύσις S. *p. 89*
Sanitas non eſt ipſa ſubſtãtia partium p. 43
Sanitatis definitio p. 44
Sanitas quot modis labefactetur p. 44
Sanitatis latitudo ac differentia p. 44
Sanitas optima ibid
Sanitas deflectens p. 45
Sanitas temperamenti ca-

lidi p. 46

Sanitas tēperamenti frigidi

Sanitas temperamenti humidi ibid.

Sanitas temperamenti ſicci p. 47

Sanitas calidi humidi temperamenti

Sanitas calidi & ſicci temperamenti ibid.

Sanitas frigidi & ſicci temperamentti p. 48

Sanitas inæqualis temperamenti

Sanitas in σχέσει & ἕξει ibid

Sanguinis excretio p. 120

Sanguis in urina p. 164

Sanitatis ſignum p. 180

Sanitas conſervatur ſimilibus p. 181

Sanitas infantiæ quomodo defendatur p. 183

Sanitas pueritiæ & pubertatis quomodo defendatur p. 185

Sanitas adoleſcentiæ & juventutis quomodo defendatur p. 185

Sanitas virilis ætatis defendenda ibid

Sanitas Senectutis quæ requirat p. 18[illegible]

Sanitatis hominum in oti[illegible] degentium quomodo defendatur p. [illegible]

Sanitas hominum iter fa[illegible]entium qui defendēda p [illegible]

Scabies p. 1[illegible]

Seminis excretio p 1[illegible]

Semiotice p. [illegible]

Sectæ Medicorum. p. [illegible]

Secta paracelſica p. [illegible]

Senectus p. 29

Sedimentum p. 161

Sedimentum ſanorum ibid

Sedimentū reſpectu quantitatis in morbis p. 162

Sedimentum in morbis quo tempore melius p. 162

Semen in urina p. 164

Senibus frequenter cibus offerendus p. 187

Senum exercitia ibid

Senectutis differentia variat quoq; curam p. 188

Singultus p. 9[illegible]

Signum quid? p. 1[illegible]

Signorum medicorum tria

genera

genera p.132
Signa morboſa triplicia.
Signa inſeparabilia pathognomonica.
Signa communia ibid.
Signorum partis affectæ fõtes p.133
Signorum morbi ſpeciei fontes p.136
Signa tantùm p.138
Signa & cauſæ ſimul p.138
Signa prognoſtica à cauſis deſumuntur p.167
Signa quæ ſumuntur à laborante p.167
Signa à functionibus deſũta ibid.
Signa à ſudore p.170
Signa ab urinis p 171
Signa ab alvi deiectione ibi.
Signa à vomitu p.172
Signa à ſputo. Signa ab excretis cerebri per nares ibid.
Signa à corpore ægrotantis deſumta p.172
Situs & poſitus p.134
Sõnus ſenib.convenit p.176.
Somnus & vigilia p.229
Spuma urinarum p. 160
Squamæ urinæ p.165
Status neutralis quid p 49
Sternutatio p.93
St[illegible]i[illegible]lium urinæ . 26
Strab[illegible]itas p.85
Suffuſio p.37
Sudor immodicus p.12[illegible]
Suſpensũ ἐναιώρημα p.161
Symptoma quid propri ſit p.73
Symptoma & cauſæ morbi coincidunt interdum p.73
Symptoma & morbus coincidunt interdum p.74
Symptomatum differentiæ p.74
Symptomatum varietas unde p.82
Symptomatum ſubjectum ibid.
Symptomata virtutis viſivæ cauſa provenientia p.85
Symptomata viſionis propter læſas inſervientes partes p.86
Syncope p.106
Συνεδρεύοντα p.123

T.

Tactus læſio p.91
Tempus venæſectionis p:2[illegible]3
Temperamentum quid? p.23
Temperamentum quotuplex ibid.
Temperemantum propriè eſt ſimila latium p.24
Temperamenta rerum animatarũ & inanimatarum differre p 24
Temperamentum nati[illegible] & aſcititium [illegible]4
Tempora anni p.[illegible]9
Tempus medendi p 1[illegible]7
Teneſmus p.125

Thera

Therapeutice p.17
Tertiæ qualitates p.231
Tertiæ qualitates contenta reſpicientes p.231
Tertiæ qualitates continentia reſpicientes Ibid.
Torpor quid p.98
Tres regiones corporis in quibus abundantia fieri poteſt p.65
Tremor quid p.98
Tria pathologiæ ſubiecta p. naturam p.51
Triplex ſymptomatum genus in ſenſibili actione deprebenditur p.84
Tria Medico præcognoſcẽda p.167
Tria in urinâ conſideranda p.156
Tunicarum vitia p.87
Tuſsis p.94
Τυλότυς p 85

V.

Varietas ſymptomatum principis facultatis p.99
Vertigo p.104
Vibices p.125.
Venæ ſectio refrigerat ex accidenti p.205
Venæ ſectionẽ prohibentia. 206
Venæſectio derivans quomodo fiat p.213
Vitia humoris vitrei p.86
Vitia albuginei humoris ibid.
Vitalis quomodo à vegetativa diſtinguatur p.106
Vitalis laſio multiplex ibid.
Vigilia p.102
Vitæ genera ſanitatem quoq; variant p.158
Voluntarij motus accidentia ... differentia triplici ſunt p. ...
Vomitus p.122 Vrina quid? p.154
Vrinæ materia p 1..
Vrinæ ſuppreſsio p.125
Vrinæ profluvium p 127
Vrinæ ſubſtantia p 156
Vrina craſſa ibid
Vrinæ nubecula p 161
Vrina tenuis p.1.7
Vrina mediocris craſsicie & tenuitate p 175
Vrinæ color Vrina ſubflava ibid
Vrina alba p.15.
Vrina cryſtallina, nivea, lactea.
Vrina ſpicea. Vrina flava ibid.
Vrina rubra p.15.
Vrina viridis. Vrina nigra ibid.
Vrinarum contenta p.1..
Vrinarum ſpuma. Vrinæ coronæ.
Vrinæ pinguedo ibid.
Vtilitas venæ ſectionis quotuplex p.204
Vvulæ prolongatio p 1..

Y.

ὑγιεινὴ p 17
ὑγιεινὴ cur præmittatur p 1..
ὑγιεινῆς officiũ duplex p.181
ὑγιεινὴ quomodo per contraria corrigat p.1..
ὑγιεινῆς operatio communis p.182
ὑπόσφαγμα p. 85.

M. VV. S. F.

FINIS.

BIBLIOTECA ... ROMA ... MANU...